Librorum Franciſci Petrarchæ
Impreſſorum Annotatio.

Bucolicum Carmen per duodecim Aegl
De Vita ſolitaria: Libri.II.
De Remediȝs utriuſqȝ Fortunæ: Libri.I
Libri quem Secretum: ſiue de Conflictu
inſcripſit: Colloquium trium dierum.
De Vera ſapientia: Dialogi.II.
De Rebus memorandis: Libri.IIII.
Contra medicum obiurgantem: Inuectiu
Epiſtolarum de Rebus familiaribus: Li
Epiſtolarum ſine Titulo: Liber.I.
Ad Charolum quartum Romanoȝ Reg
De Studiorum ſuorū ſucceſſibus ad Poſt
Septem Pſalmi pœnitentiales.
Epitoma Illuſtriū uirorum ad Franciſcū de
Eiuſdem Epitomatis: poſt obitū Franciſci
bardi de Siricho ſupplementum.
Beneuenuti de Rombaldis Libellus qui

c



Librorum Franciſci Petrarchæ Baſileæ Impreſſorum Annotatio.

Bucolicum Carmen per duodecim Aeglogas diſtinctũ.
De Vita ſolitaria: Libri.II.
De Remediȝs utriuſqȝ Fortunæ: Libri.II.
Libri quem Secretum: ſiue de Conflictu curarum ſuarum inſcripſit: Colloquium trium dierum.
De Vera ſapientia: Dialogi.II.
De Rebus memorandis: Libri.IIII.
Contra medicum obiurgantem: Inuectiuarũ libri. IIII.
Epiſtolarum de Rebus familiaribus: Libri. VIII.
Epiſtolarum ſine Titulo: Liber.I.
Ad Charolum quartum Romanoȝ Regem: Epiſtola.I.
De Studiorum ſuorũ ſucceſſibus ad Poſteritatẽ: Epla.I.
Septem Pſalmi pœnitentiales.
Epitoma Illuſtriũ uirorum ad Franciſcũ de Carrharia.
Eiuſdem Epitomatis: poſt obitũ Franciſci Petrarchæ: Lorbardi de Siricho ſupplementum.
Beneuenuti de Rombaldis Libellus qui Auguſtalis dicitȝ.

De Commendatione Impreſſionis Fran, ciſci Petrarchæ Elogiũ Sebaſtiani Brant.

Gloria Petrarchæ:tanto eſt cumulata decore:
Vt ſibi nil addi:nil minui ue queat.
Quicquid enim humanis potuit complectier uſq;
Vſibus excultis:arte uel ingenio:
Hoc meus ingenue nouit bonus ille poeta:
Calluit & cunctas funditus hiſtorias.
Omnibus his ſpretis:ſed enim hæc fucata ueneno
Sæcula mortifero liquit & illecebras.
Et nemora & montes habitans colit atq; frequentat
Secreti calles:& loca ſola placent.
Proinde ſibi obtinuit famamq; decuſq; perenne:
Et fieri meruit charior inde deo.
Illic ſolus enim tot digna uolumina ſcripſit
Quæ uitiata quidem & ſparſa fuere prius.
Preſſimus hæc nuper:ſed adhuc nõnulla ſuperſunt
Tangere quæ noſtras non potuere manus.
Plurima Amorbachio debes Franciſce labori:
Multa etiam nobis q̃ bene terſus ades.
Sed tua te uirtus:tua te præſtantia dignum
Reddidit hoc noſtro:crede:labori. Vale.

Parthenias

Clariſſimi & inſignis uiri Frãciſci Petrarchæ Romæ nuper laureati: Bucolicũ Carmẽ in duodecim Aeglogas diſtinctũ: Quarꝝ prima cui Titulus eſt Parthenias: Fœliciter Incipit.

Collocutores ſunt Syluius & Monicus.

Syluius. Onice tranquillo ſolus tibi conditus antro
Et gregis & ruris potuiſti ſpernere curas.
m Aſt ego dumoſos colles ſyluaſq; pererro
Infœlix: Quis fata neget diuerſa gemellis?
Vna fuit genitrix: at ſpes non una ſepulchri.

Monicus. Sylui quid quereris? cunctoꝝ uera laborum
Ipſe tibi cauſa es: Quis te per deuia cogit?
Quis uel inacceſſum tanto ſudore cacumen
Montis adire iubet: uel per deſerta uagari:
Muſcoſoſq; ſitu ſcopulos: fonteſq; ſonantes?

Sylui. Hei mihi ſolus amor: ſic me uenerata benigne
Aſpiciat ſpes noſtra pales. Dulciſſimus olim
Parthenias mihi iam puero cantare ſolebat
Hic ubi benachus uitrea pulcherrimus aluo
Perſimilem natum fundit ſibi. Venerat ætas
Fortior: audebam nullo duce iam per opacum
Ire nemus: nec luſtra feris habitata timebam:
Mutatamq; nouo frangebam carmine uocem.
Aemulus at famæ dulcedine tactus inanis
Ecce peregrinis generoſus paſtor ab oris
Neſcio qua de ualle canens: nec murmure noſtro
Percuſſit flexitq; animum: mox omnia cœpi
Temnere: mox ſolis numeris & carmine paſci.
Paulatim creſcebat amor: quid multa? canendo
Quod prius audieram didici: muſiſq; coactis
Quo mihi parthenias biberet de fonte notaui.
Nec minus eſt ideo cultus mihi: magnus uterq;:
Dignus uterq; coli: pulchra quoq; dignus amica.
Hos ego cantantes ſequor: & diuellere memet
Nec ſcio: nec ualeo: mirorq; ꝙ horrida nondum
Sylua: nec aerij cœperunt currere montes:
Verum ubi iam uideor collectis uiribus olim
Poſſe aliquid: ſoleo de uertice montis ad imas
Ferre gradum ualles: ubi fons mihi ſæpe canenti
Plaudit: & arentes reſpondent undiq; cautes.
Vox mea non ideo eſt grata mihi: carmina q̃q̃
Laudibus interdum tollant ad ſydera nymphæ:
Dum memini quid noſter agat: quid ue aduena paſtor:
Vror & in montes flammata mente reuertor:
Sic eo: ſic redeo: nitar ſi forte camœnæ

Dulce aliquid dictare uelint:quod collibus altis
Et mihi complaceat:quod lucidus approbet æther.
Non raucæ leue murmur aquæ:nec cura:nec ardor
Defuerint:si fata uiam & mens tarda negarit:
Stat germane mori:nostrorũ hæc summa laborum.
Mo. O si forte queas durum transcendere limen:
Quid refugis? turpesq; casas & tuta paueſcis
Ocia:quid frontem obducis? nemo antra coactus
Nostra petit:plures redeũt a limine frustra.
Syl. Non pauor hic animi fuerat:si forsan aures
Dulcibus assuetas inamœna silentia tangunt
Miraris:natura quidem fit longior usus.
Mo. O iterum breue si mecum traducere tempus
Contingat:sileatq3 fragor rerumq; tumultus.
Dulcius hic quanto media sub nocte uidebis
Psallere pastorem:reliquorum obliuia sensim
Ingeret ille tibi:nõ carmen inane negabis
Quod modo sollicitat:quid te suspendit hyantem?
Syl. Quis quæso? aut quonam genitus sub sydere pastor
Hoc queat? audiui pastorum carmina mille:
Mille modos:quenq; nostris æquare caueto.
Mo. Audisti quo monte duo fons unicus ædit
Flumina? siue ubinam geminis ex fontibus unum
Flumen aquas sacrumq; caput cum nomine sumit?
Syl. Audiui ut quondam puer hispidus ille nitentis
Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.
Fœlices nymphæ quæ corpus tangere tanti
Promeruere dei:fluuius si uera loquuntur
Per cinerum campos ultricibus incidit undis.
Hunc igitur dulci mulcentem sydera cantu
Mo. Illa tulit tellus:licet experiare: iuuabit.
Syl. O ego noui hominem:ciues & mœnia paruæ
Sæpe hierosolymæ memorat:nec uertitur inde:
Semper habet lachrymas:& pectore raucus anhelat.
Hi Romam troiamq; canunt:& prælia regum:
Quid dolor & quid possit amor:quid ue impetus iræ:
Qui fluctus uentosq; regat:qui spiritus astra:
Nec non & triplicis sortitos numina regni
Expingunt:totidem uaria sed imagine fratres.
Sceptiferum summũ iouem facieq; serena:
Inde tridentiferum moderatoremq; profundi
Ceruliumq; comas:medium fuscumq; minorem
Torua latus seruat coniunx:aterq; paludis
Nauita tartareæ piceas redit itq; per undas:
Tergeminusq; canis latrat:tum dura seueris
Pensa trahunt manibus fixa sub lege sorores:
Quin etiam stygias æterna nocte tenebras
Anguicomasq3 simul furias:templumq; forumq;:

Tum ſyluas & rura canunt:atq; arma uiroſq;.
Mo. Hic unum canit ore deum:quem turba deorum
Victa tremit:cœlum nutu qui temperat almum:
Aethera qui librat liquidum:qui roris aceruos
Quiq; niues ſpargit gelidas:& nube ſalubri
Elicit optatos herbis ſitientibus imbres:
Qui tonat:& trepidum rapidis quatit aera flammis:
Tempora ſyderibus qui dat:ſua ſemina terris:
Qui pelagus fluitare iubet:conſiſtere montes:
Qui corpus mentemq; dedit:quibus addidit artes
Innumeras:geminum cumulans ab origine munus:
Qui uitæ mortiſq; uices:quæq; optima feſſos
Fert ſuper aſtra: uiam docuit:repetitq; monendo.
Hunc meus ille canit:neu raucum dixeris oro.
Vox ſolida eſt penetranſq; animos dulcore latenti.
Iure igitur patrijs primũ celebratus in aruis
Attigit & ueſtros ſaltus:lateq; ſonorum
Nomen habet:quæ rura padus:quæ thybris:& aruus:
Quæ rhenus rhodanuſq; ſecant:quæq; abluit æquor:
Omnia iam reſonant paſtoris carmine noſtri.
Syl. Experiar ſi fata uolent:nunc ire neceſſe eſt.
Mo. Quo precor? aut quis te ſtimulus:quæ cura perurget?
Syl. Vrget amor muſæ:quoniam modo littore in aphro
Sydereum iuuenem genitumq; ex ſtirpe deorum
Fama refert magnis implentem paſcua factis.
Te polypheme tuis iam conſtrauiſſe ſub antris
Dicitur:& libycos ſyluis pepuliſſe leones:
Luſtraq; ſubmiſſis audax incendere flammis.
Hunc ſimul italideſq; nurus:pueriq; feneſq;
Attoniti aduerſo certatim a littore laudant:
Carmine fama ſacro caret hactenus:& ſua uirtus
Præmia depoſcit:pauitans ego carmina cœpi
Texere:temptabo ingenium:uox forte ſequetur
Orphea:promeritum modulabor arundine parua.
Mo. I ſoſpes:uarioſq; uiæ circumſpice caſus.

Explicit Prima Aegloga:quæ Parthenias ititulat

Incipit Secũda Aegloga:cui titulus eſt Argus.

Collocutores: Ideus: Phytias & Syluius.

Ideus. Vreus occaſum iam ſol ſpectabat:equoſq;
a Pronum iter urgebat:facili tranſmittere curſu.
Nec nemorum tantam per ſæcula multa quietem
Viderat ulla dies:paſſim ſaturata iacebant
Armenta:& lenis paſtores ſomnus habebat.
Pars teretes baculos:pars nectere ſerta canendo
Frondea:pars agiles calamos:tunc fuſca nitentem
Obduxit phœbum nubes:præcepſq; repente
Ante expectatum nox affuit:horruit æther

Grandine terribili:certatim uentus & imber
Sæuire:& fractis deſcendere fulmina nimbis:
Altior æthereo penitus conuulſa fragore
Corruit:& colles concuſſit & arua cupreſſus:
Solis amor quondam:ſolis pia cura ſepulti:
Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum
Solis amor:uicitq; pium ſors dura fauorem:
Præſcius heu nimium uates tu phœbe fuiſti:
Dum ſibi:dumq; alijs erit hæc lachrymabilis arbor:
Dixiſti.Ingenti ſtrepitu tremefacta ruinæ
Paſtorum mox turba fugit:quæcunq; ſub illa
Per longum ſecura diem conſederat umbra:
Pars repetit montes:tuguri pars limina fidi:
Pars ſpecubus:terræq; caput ſubmittit hianti.
Syluius & phytias ſcopulum fortaſſis eundem
Præcipiti petiere gradu:geminiſq; cauernis
Occuluere animas ſtrepiti nec pauca gementes:
Poſt ubi laxatis tempeſtas fracta parumper
Nubibus:& cœli ſiluerunt murmura feſſi.
Phy. Incipit illachrymans phytias:o lupiter alme
Si ſcelus hoc noſtrum meruit:ſi ruſtica ſordet
Paſtorum pietas: miſeris ignoſce precamur:
Innocui miſerere gregis:meliorq; capellas
Collige diſperſas:teneris ſignata labellis
Vbera te moueant:niſi forte obliuia lactis
Illius:aſtrigeræ nectar tibi ſugerit aulæ.
De grege nempe fuit nutrix tua. Talia quæſtus
Subticuit:pectuſq; manu percuſſit & ora.
Syl. Syluius audita rupis de parte quærela
(Nam neq; ſe coram cernebant:obice paruo
Præteritæ ſilicis ramoq; comãti dirempti)
Concuſſa ſic mente refert:gemitumq; coercens:
O phytia phytia fateor ſic aſtra minari
Iam pridem aduerti:poſtq; flammantia martis
Lumina:& imbrifera ſaturnum parte morantem
Obſeſſumq; iouem:& uenerem tranſuerſa tuentem:
Sibila uentorum poſtq; peregrina notaui:
Nonne procul nebulas limo exhalante paluſtri
Surgere: & in noſtrum delatas uidimus axem?
Nonne grues profugias turpeſq; ad littora mergos?
Num coruos fulicaſq; uagas? num ſydera mœſta
Vidimus & nimbo uelatam abſcedere phœben?
Tum quæ multa olim naſcentis ſigna procellæ
Syluicolæ cecinere ſenes:ſed ferre neceſſe eſt.
Hæc eſt uita hominum phytia:ſic læta dolendis
Alternat fortuna ferox:Eat ordine mundus
Antiquo: nobis rerum experientia proſit.
Quo grex cunq; miſer ruerit conſiſtere certum eſt.

Phy. Chare mihi imprimis & ſemper maxime ſylui
Reſpondit phytias:oculos te conſule tergam.
Tu modo ſi quid habes damni ſolamen acerbi:
Tempeſtiua graues releuent obliuia caſus.
Syl. Immo ait ille:tuum eſt quæ condita carmina ſeruas
Mecum partiri:daphnis paſtoribus olim:
Et tibi nunc ingens merito cantabitur argus.
Quid tibi non nobis phytias?num tu quoq; carmen
Argeum uocitare libet:nimis omnia cælas:
Incipe:forte ſequar?niſi uox tua terreat inquit
Syluius:ille alta fregit ſuſpiria uoce.
Phy. Arge decus rerum:ſylue dolor arge relicte
Hæc licuit rapidæ ſacræ de corpore morti:
Hæc auſa eſt tellus: te qui ſtellantis olympi
Iam ſolus ſpectator eras:humus obruit atra:
Quo fauor & noſtri rediit quo gloria ſæcli?
Quis tempeſtates prænoſcet ab ætheræ longe?
Quis mihi uoce feras:quercuſq; & ſaxa mouebit?
Aut longam dulci traducet carmine noctem?
Quis terrebit apros?quis tendet retia damis?
Quis uiſco captabit aues?quis flumine mergens
Ah miſeras curabit oues?quis ſacra cybelles?
Atq; humilem admeti famulantem in gramina phœbum
Rite canet?quem nocturnus trepidabit abactor?
Quem noſcent dociles alta ſub rupe capellæ?
Quem uigiles fidiq; canes?quem dulcis amica?
Quis mihi ſolennes ſtatuet per littora ludos:
Inſuetam patrio renouans ex more paleſtram?
A quo conſilium dubij:diuinaq; late
Syluestres reſponſa ferent?quis tempore in arcto
Supplicibus præſtabit opem?pulcherrime quondam
Arge amor ac luctus:dryadum quid ſylua?quid antrum?
Quid ſine te colles?& poſt te uiuere quiſquam
Aut uolet aut poterit?paſtores credite: mors eſt
Viuere poſt argum:iam nunc areſcere circum
Stagna:lacus:fontes:ipſumq; uidebitis æquor:
Spiritus alter erit uentis:color alter in herbis:
Floribus alter odor:ſolitos nec poma ſapores
Seruabunt:nec prata comas:nec flumina lymphas:
Vellera nec pecudes:nec opimas campus ariſtas.
Omnia nanq; oculis unus:nec fallimur:ille
Lætificare ſuis:& fœcundare ſolebat.
Illo ſylua fuit ſemper ſub principe tuta:
Pax inerat fronti:purgabat nubila uerbo.
Ille abiit:fortuna ſuos mutata fatigat.
Syl. Extorques lachrymas:nec iam mihi uiuere dulce eſt
Poſt argum:ſed uiuaci parebimus aſtro.
Phy. Effugis agnoſco nuſq; ſine carmine ſylui:

Si libet ire cane:poſt I tua damna recenſe.
Syl. Paſtorum rex argus erat:cui lumina centum
Lyncea:cui centum uigiles cum ſenſibus aures:
Centum artes:centumq; manus:centumq; lacerti:
Lingua ſed una fuit: cum qua rupeſq; feraſq;
Flecteret:& fixas terræ diuelleret ornos.
Ille diu clarus ſyluis:perq; omnia notus
Paſcua:formoſis cantatus ubiq; puellis.
Mille greges niueos paſcens per mille receſſus.
Poſtq; perteſum eſt nemorum longiq; laboris
Irrediturus abit:uolucriq; per auia ſaltu
Euolat in montes:illinc de uertice ſummo
Deſpicit:& noſtras curas noſtroſq; tumultus:
Regnataq; uidet quanta eſt anguſtia ſyluæ:
Alloquiturq; iouem:& uiduum commendat ouile.
Arge uale:nos te cuncti:mora parua:ſequemur.
His dictis abeunt:patrij ſulmonis ad arua
Contendit phytias:ſyluas petit alter hetruſcas.
Solus ego afflicto mœrens in littore manſi.

Explicit Secunda Aegloga: quæ Argus intitulat̃:

Incipit Tertia Aegloga:cui titul9 ẽ Amor paſtori9.

Collocutores:Stupeus & Daphne

Stupeus. C quis erit precibus finis mea cura fugæq;
e Fige pedem daphne precor: & miſerere tuorum.
Daphne. Quæ phœbum ſpreuit:quem non ſpretura putẽt?
Quære alias curas:fis importunus amando.
Stu. Hinc labor:hinc amor exagitant:coguntq; trementem
Interrupta loqui:ſit reſpirare parumper.
Vis:dolus:inſidiæ ceſſant:depone pauorem:
Et noſtros audire ſedens dignare labores.
Daph. Fare igitur:cupidaſq; manus frenare memento.
Stu. Daphne ego te ſolam deſerto in littore primum
Aſpexi:dubius hominem ne deam ne uiderem:
Aurea ſic rutilo fragrabat murice palla:
Sic cœlum late inſolito complebat odore:
Dulcia ſydereas iactabant ora fauillas:
Ardenteſq; comas humeris diſperſerat aura.
Dirigui:ſol cum radijs certabat iniquo
Marte tuis:totum non noſtro lumine corpus
Fulgebat:timuiq; deos:ne forte uidendo
Arderent:raperentq; prius q; uulnera noſſes
Noſtra:uel occultos incenſi pectoris ignes:
Accedo cupienſq; grauis primordia morbi
Pandere:uix ſicco uocem pulmone reuulſi:
Acris inexpletum uultu indignante locuta:
Effugis:inceſſus docuit:nam uerba profundo
Inſedere animo:& liquidis hæſere medullis

Exilio lachrymæ:& miserum su spiria pectus
Flatibus assiduis tundunt: atq; imbre repenti.
Tu tandem(quæ sola potes)miserere:modumq;
Pone malis:si iusta peto:si cognita narro.
Daph. Quot placuit mea forma uiris:quot torsit amantes:
Dinumerare piget:placuit super omnia phœbo.
Aureus ille comam nitido spectabilis arcu
Ingenio citharaq; potens:loue patre superbus
Spretus & indignans abijt:stat conscia curui
Ripa senis:memorantq; patris sub gurgite nymphæ.
Tu quid habes:quo posse putes:hoc frangere saxum.
Stu. Quisquis amore uoles solido tranquillus & alta
Pace frui:maiora fuge & nimis alta caueto:
Illic coutemptus:& iurgia mixta querelis:
Atraq; perpetuis bacchantur nubila uentis.
Quin etiam uitare pares(licet obstrepat error
Publicus)admoneo:fidum tibi iunge minoris
Pectus:ubi obsequium pernox:humilesq; uicissim
Blanditiæ:dulcisq; timor:res cognita paucis.
Alta petunt omnes:utinam mihi tale dedissem
Consilium:sed cogit amor:perq; ardua uictum
Luctantemq; rapit:uictor fuit ille deorum:
Molliaq; herculeis aptauit pensa lacertis.
Tu cui libertas salua est:tibi consule daphne.
Daph. Consilium laudo:sed enim quæ prima pe tebam:
Prima taces:spes summa tuos quæ nutrit amores?
Stu. Prætereo quæcunq; tribus mea pectora lustris
Ingenti siluere fide:gemitusq; latentes:
Et uigiles noctes:& quæ fert plurima secum:
Immitis dum sæuit amor:quæ forte benigno
Iudice sint aliquid:tamen hæc perijsse sinamus.
Sic erit;attulerit tales mihi uita labores.
Debitus incautæ fuerit furor iste iuuentæ.
Haud tacuisse uelim q; cum mea pauca putarem
Posse placere tibi:studui si musica forte
Ars mihi ferret opem:q; te sonus atq; camœnæ
Non auri fulgor caperet:frustraq; timebam
Hanc etiam temptasse uiam:raucumq; uidebar
Nescio quid strepere:& donec mea carmina faunos
Non puduitdryadesq; pari celebrare fauore.
Sæpe quidem ramum uidi dulcedine tentas
Linquere & attonitas in me spectare capellas.
Spernere apes cytisum: mutas æstate cicadas:
Lætabar:nec nata prius fiducia nostra est:
Quam sacer ille mihi:cane fidens:diceret argus.
Daph. Et merito nanq; ille fuit qui talia posset
Iure iubere suo:nosset qui talia solus.
At tu siqua recens studium tibi contulit esser.
Stu. Daphne nostra quies: noster labor:atq; uoluptas:

Vnam ego te dominam:teq; hoſtem affuſus adoro:
Tu decus es nemorum:tu ſpes paſtoribus ingens:
Te uates magniq; duces:te iuppiter altus
Diligit:ac iaculo refugit uiolare triſulco:
Quo ferit omne nemus:te quam pharetratus apollo:
Quam celebres arſere dei:nunc ſtupeus ardet
Paſtor inops:lentuſq; gregis contemptor opimi:
Diues erit:ſi pulchra uoces ſua carmina daphne.
Daph. Plus aliquid cꝙ rebar eras:reuerentia noſtri
Impedit:adde aliud:poteris fortaſſe placere.
Stu. Forte die medio dum me meus urget amator
Syluæ amor:in ſyluas ſubito uox contigit aures
Dulcior humana:ſtupui:leuis unda nitentes
Per pronum herboſo uoluebat calle lapillos.
Prominet ipſe locus:murmurq; ſecutus aquarum:
Purpurea in ripa lauriq; uirentis ad umbram
Virgineam aſpicio cœlo plaudente choream.
Flecto gradum propere:tunc una ſonantior omni
Ex numero:ſi fata tuos hoc tramite greſſus
Rara mouent:aude diuinos cernere uultus.
Hæc ait:& dextram tenuit:tremor omnis abibat:
Poſſe loqui incipio:quin uos mihi parcite diuæ:
Error amorq; trahunt:ſector ueſtigia duræ
Heu mihi ſparſa feræ:fugit illa meoſq; dolores
Neſcit:ad hæc uirgo ſubridens:nouimus inquit
Omnia:theſſalidem ſequeris per confraga daphnem.
Fabula iam pridem aonijs notiſſima lucis:
I certus:lenteſcet enim:tamen accipe ramum
Hunc prius:& tenero frondoſum pollice ramū
Decerpſit:cupidoq; mihi porrexit:& ibis
Ibis ait:diceſq; nouem uidiſſe ſorores:
Quas uulgus ſpectare nequit:quas nulla prophanis
Mens curis imbuta uidet:Si plura rogaris:
Dic uidiſſe:quibus ui bella mouere:doliſq;:
Quam tutum:præceps docuit de turre pyreneus:
Voce uel ingenio picæ docuere loquaces.
Dic ſacro de monte uagas:dic fontis ad undam
Quem pedis impulſu genitus ceruice meduſæ
Alatus perfodit equus:dic nexa canentes
Orbibus imparibus uario modulamine uocum
Cuncta nouem:uarioſq; animorū ex ordine motus.
Quid famæ prædulcis amor:uociſq; leuamen.
Quid ſtudium ingenijq; uigor:quid culta cerebri
Ora tenacis agat:poſt hæc quis nam impetus: & quod
Iudicium æthereæ:quæ nam diſcretio mentis:
Quid ue potens mulcere aures :in fine: fugaces
Huc daphne dic uerte oculos:regina canori
Hunc mihi prima chori ramū dedit arbore uulſum:

Quem tibi monſtrarem: uolucrem iubet illa: monetq;
Hæmoniæ poſt ſigna fugæ conſiſtere tandem:
Ferrea ſit q̃uis: motam pietate uidebis.
Daph. Motaq; ſum: ſequere: & collem properemus in illum.
Stu. Perge labor nullus tecum iuga prendere olympi.
Daph. Scis quo colle ſedes: maieſtas quanta locorum eſt:
Stu. Imperioſus apex dare circum iura uidetur
Collibus: & cœlo ſyluas deſpectat aperto.
Daph. Huc ego paſtores memini uictricia ſertis
Tempora: & arboreis ſpolijs ornata referre:
Curribus inuectos niueis delubra deorum:
Intereram iam læta uirens ſpectare iuuabat
Cum ductore greges captos: triſteſq; iuuencos:
Exuuiaſq; graues peregrinis montibus actas:
Et longos rerum ſtrepitus: pompaſq; frementes:
Huc ab hyperboreis per uim cuſtodibus aurum
Gryphibus ereptum: magnos peruenit in uſus:
Huc aſiæ prædas: informi ſqualida tergo:
Huc quoq; nutantes tulit indica bælua turres.
Quid te multa morer: quicquid nemus undiq; preſſis
Extulit uberibus: hoc eſt in monte coactum.
Hic iuſti ſedere patres: hic uiua iuuentus:
Hic caſtæ luſere nurus: hoc paſtor in antro
Maximus inſidijs periit: nec pulcher adonis
Vulnificos euaſit apros: ſed triſtia linquo:
Hoc ipſos eſt fama deos habitare cacumen:
Hoc caput eſt nemorũ: domus hæc iouis ampla tonantis.
Hic natum complexa ſuum latona ſibyllæ
Agnita fatiloquæ paſtori oſtenſa ſuperbo eſt:
Hæc iuga magnanimus ſcipionibus actus ibernis
(Sic creuit fortuna loci) tua cura: ſubactis
Saltibus ex libycis rediens puer ille reuiſit:
Et ſecum rudis ille ſenex: poſt tempore multo
Cantantes uenere alij: quos dicere longum eſt:
Partheniaſq; tuus triplicis modulator auenæ.
Omnibus his uiridi frondebant tempora lauro.
Hic ego: diſſimili q̃q̃ ſubſidere ſertum
Fronde tamen ſimili faciam tibi: porrige ramum
Quem ſacra caſtaliæ regnatrix tradidit almæ
Illius hic: noſtrumq; ſimul tibi munus habeto.
Linque alias curas: & noſter protinus eſto.
Stu. Nunc uigilaſſe iuuat: dulce eſt meminiſſe laborum.

Explicit Tertia Aegloga: quæ Amor paſtorius intitulatur.

Incipit Quarta Aegloga: cui titulus eſt Dædalus.
Collocutores: Gallus & Tyrrhenus

Gallus. t Ale quis ingenium: tanti quis muneris uſum

Vt niueum compegit ebur:neruoſq; loquentes
Addidit ac numeros:dic o tyrrhene quis ille?
Dædalus an ne alius:dextræ ſucceſſor & artis?
Tyrrhe. Dædalus ipſe fuit:nec falleris omine galle
Artificum ſtupor æternus:quem docta potenſq;
Miratur natura uirum:mihi maximus ille
Argutam dedit hanc citharam:plectrũq;:modoſq;.
Gal. Cuius amor meriti:cuius pulcherrima merces?
Tyrrhe. Nullius:nam ſponte meum quæſiuit amorem:
Dignus quem ſyluæ:quem grex:quem paſtor adoret.
Gal. Qua tamen hæc regione tibi ſors obuia uenit?
Tyrrhe. Eſt nemus aerium trabibus quo frigida quernis
Sũmouet umbra diem:non illic aura:nec æſtus:
Non gregis aut hominũ uernos premit ungula flores:
Fontibus aduerſis circum duo flumina ſurgunt:
Hoc ſecat hetruſcos:petit illo gurgite romam:
Hic quaſi uenturi præſagus:triſtia mecum
Plurima uoluebam:flebam quoq;:uidit ab alto
Dædalus annoſas inter conſidere fagos.
Acceſſit:citharamq; ferens:puer accipe dixit:
Hac caſus ſolare tuos:hac falle laborem.
Gal. Infœlix ubi tunc aberam:fortaſſe fuiſſet
Hæc fortuna alij:citharam mihi dædalus illam:
Nouit enim egregie:atq; interdum uiſus amare eſt.
Tyrrhe. Hanc minime:ſed forte aliam:nam milia multa
Ille habet:& large partitur munera in omnes.
Galle ſed ante diu q̃ præſens ſylua uireret
Hæc fuerat promiſſa mihi:nanq; anxia partu
Mater:anhelanti lucinam uoce rogabat:
Et mœſtum ignarus lucis iam limen adibam:
Attulit ecce pium fors dædalon:haud mora: mixto
Vagitu gemituq; graui:concuſſus apertas
Subſtitit ante fores:deq; obſtitricibus uni
Si puer eſt citharam dabimus:ſi nata monile
Dixerat ac ſpeculum:ſubitoq; euanuit:inde
Polliciti redijtq; memor:fatoq; beauit.
Gal. Vtilis inuidiæ ſpecies mutatio feruens
Incutienſq; animo ſtimulos:tyrrhene fatebor.
Ardeo nunc ſimilem citharam:niſi forſitan iſta
(Quod malim) caruiſſe uelis:ſunt uellera nobis
Mollia:ſunt hædi:precium uel grande licebit
Ipſe rei paruæ ſtatuas:parebitur ultro.
Tyrrhe. Grande rei paruæ? citharæ ſolacia neſcis:
Rem magnam (ſi nota) uoces:faſtidia mulcet:
Laxatos animos refouet:ſolatur amicos.
Grandia reſtituit:pellit de pectore luctum:
Exiccat lachrymas:compeſcit flebile murmur:
Spes reuehit:frangitq; metus:uultumq; ſerenat.

Gal. Quid precio maiore uetat uel magna paciſci?
Tyrrhe. Non mihi ſetigeri quantum uix paſcitur uſq;
Villigeriq; gregis:ne dum leue uellus:& hedi:
Sit precium citharæ: non ſi tibi gurgite latos
Ambiat hermus agros:rutilis oblimet arenis.
Quid mihi diuitiæ? quid rerum mutus aceruus?
Noſtras cernis opes:hic eſt qua crebra rebellis
Prælia fortunæ:mundiq; præmentia uincla
Pauperiemq; leuo:rigidas hac ſæpe per alpes:
Perq; nemus uacuum:perq; atra ſilentia noctis
Fiſus:eo plaudunt uolucres & concaua ſaxa:
Interea triſtes fugiunt per nubila curæ.
Gal. Laude ſitim cumulas:fer opem:optatoq; potiri:
Te duce contingat:uiuam memor emoriarq;.
Tyrrhe. Sera animũ quæ cura ſubit? breuis ecce iuuentæ
Flos cecidit:tunc tempus erat:iam diſcere turpe eſt
Quod pulchrum didiciſſe foret:ſic uoluitur ætas:
Omnia ſic uoluit fugiens ac neſcia freni.
Sorte tua contentus abi:citharamq; relinque:
Eſt quibus a teneris tractata ſuauiter annis.
Gal. Poſcitur auxilium:tu conſulis:incipe rebus
Mecum:uerba alijs quos poſſunt uerba mouere:
Poſcimus hanc auide:toto nil pulchrius orbe eſt.
Tyrrhe. Pulchra mouent oculos:ſed proſunt acta fruenti:
In parteſq; uenit pudor atq; modeſtia uoti.
Gal. O fœlix o chare deis tyrrhene ſupernis.

Explicit Quarta Aegloga quæ Dædalus intitulat̃:

Incipit Quinta Aegloga:cui titulus eſt
Pietas paſtoralis.

Collocutores:Martius Apitius & Feſtinus

Martius Vid genitrix ueneranda dolet germane? quid illi
q Accidit hoc dignum gemitu? quorſumue recẽtes
Mœſta pluet lachrymas:nec lumina noſtra made/
Apitius Cuncta uorant anni uolucres:domat oĩa tempus (ſcũt?
Indomitum:cecidit matris fortuna decorq;:
Arenti uirens ſenio dat terga iuuentus.
Mar. Aſpice quot circum ſtabiles urgentibus annis:
Et uirides cernuntur anus:aliunde profecto
Luctus:& offenſi ueniunt ſuſpiria cordis.
Quærere nos cauſas:fatiſq; obſtare repertis
Suadet amor:pietaſq; iubet:meritumq; repoſcit
Altricis:partuſq; labor:faſtidia:curæ.
Api. Vim neſcit natura pati:licet omnia certent
Pectore ab aduerſo:cunctas licet aduocet artes
Humanũ genus:& ſtudio contendat inani
Inuictum caput illa ferens contemnit habenas.
Mar. Hæc prope dijs natura pares iubet eſſe parentes.

Aedificare domos:ſub tempus uelle ſepulchri.
Feſti. Quid uano ſermone leues conſumitis horas?
Tertius ille minor quem uos calcare ſoletis
Syluas frater habet:iam fundamenta domorum
Sede locat patria:genitrix ſibi rura:gregemq;
Credidit:& nati gremio ſecura quieſcit:
Parent cuncta ſibi:curas agit ille ſeniles.
Enſe puer ſtricto:laqueiſq; ſub arbore tenſis:
Quis auium:furumq; pedes:& colla premantur:
Pinguibus arentes teneriſq; ab ouilibus arcent
Fortia clauſtra lupos:triſtis non murmurat urſus:
Sanguineus non ſæuit aper:non ſibilat anguis:
Non rapidi prædas agitant ex more leones:
Non aquilæ curuis circũdant unguibus agnos.
Excelſo prædulce canens ſedet aggere cuſtos:
Paſcua tuta ſilent:audit iam littus utrunq;
Carmen:& extremũ calaber ligurumq; receſſus:
Vndifragi ſectiq; tenens conuexa pelori.
Si uocem extulerit:mauros turbabit & Indos.
Arctoaſq; niues:auſtriq; calentis arenas.
Imperat is uobis linguam cohibere:capellas
Ire domum:tondere inopes:negat almaq; mater.
Partem uteri uos eſſe ſui:ſuppoſtaq; iurat
Pignora falſa ſibi:uallis te proxima miſit
Apœninigenæ qua prata uirentia ſyluæ
Spoletana metunt:armenta gregeſq; proterui:
Te longinqua dedit tellus & paſcua rheni.
Mar. Hunc memini audieram ueteres narrare bubulcos.

Explicit Quinta Aegloga:quæ Pietas paſtoralis intitulatur.

Incipit Sexta Aegloga:cui titulꝰẽ Paſtoriũ pathoſ.

Collocutores: Pamphilus & Mitio.

Pamphilus. Vi nemus omne uagis lacerãdum præbuit hircis:
q Quid ſyluæ meruere meæ? quas rore ſuperno
Iuppiter :& riuis ſpumantibus horrida coniunx
Impiger atq; olim pyros fauoſq; rigarunt?
Quæ rabies:furtum ſegetes dum carpit acerbas
Spes & opes turbauit agri:cui pulcher hyberus
Delitiæ noſtrumq; decus ſub tempus aratri
Non timuit prunos crepitantibus addere lauris.
Quis prope conſultus dextram niſi noſter apollo
Porriget afflicto:monteſq; efferret in altos?
Mitio. Paſtorum ſors dura nimis:date frena capellis:
Indomitos cohibete greges:ſimul ubera multo
Lacte fluant ſemper:magicas non nouimus artes.
Et nunc iſta fero:lites & iurgia ſecum
Inſtruit:ac ſaxum & nodoſa repagula geſtans.
Quot maledicta parat:poterit maledicta mereri

Enſe perire ſuo: quod fert reperire uenenũ
Blandicijs tamen aggrediar: quod pamphile & fœnum?
Quos ue locos habitas? ferum tua clauſtra reuiſis.
Quid fremis? inq; graui quid feruet ſpiritus ore?
Pam. Furcifer hic mitio? nec te duriſſima ſontem
Sorbet adhuc tellus? iam iam mirabile nullum eſt
Si nemus & meſſes atq; omnia uerſa retrorſum
Spem luſere: manet: cui proh cuſtodia culti
Credita ruris erat? cui grex paſcendus in herba?
Intempeſtiuis perierunt mortibus agni:
Defeſſi perire boues: hirciq; ſuperſunt:
Immũdiq; ſues: quos luxus & ocia tendunt.
Turba nociua ſatis: nulla quæ lege per agros
Spargitur inſultans: uirgultaq; dentibus urit:
Iam montes infecit odor: noſtram ue quietem?
Mi. Haud inopina quidem patior conuitia: dudum
Singula nam tacito tractans ſub pectore mecum
Vaticinatus eram: iam turbidus ille redibit
Nec ſerui tergo: nec amicæ parcere famæ
Doctus: nec rigida pietatem admittere fronte.
Pamphile q; facile eſt alienam carpere uitam:
Quam durum ſeruare ſuam? te forte magiſtro
Segnior haud gregibus mors ac lupus ingruat albis.
Nequicq; baculoq; minax uultuq; uenires.
Nil tibi triſtis hyems: q; q; ceſſura rigori
Illa tuo: nil uer dubium: nil morbidus auſter:
Nil tibi de proprio uiolenta remitteret æſtas.
Non uolucres ſegeti: uon mitibus umbra racemis:
Non caper arboribus: non bucula parceret herbis.
Pam. Nonne ego paſtor eram dum trux turpiſſime rerum
Nereus aduerſo paſcens in uertice tauros
Tranſuerſum deiecit humi? & pecus omne parabat
Vi rapere? obluctor donec uiolentior ille
Exuit hirſutam tunicam: nudumq; reliquit?
Mi. Quid potius tractare uelim? quot tempore paruo
Tunc noſtri cecidere gregem? eſt ſanguine uallis
Pinguis adhuc: cæcis raptim congeſta cauernis
Oſſa iacent: horrore ferit locus ille tuentes.
Non tibi non alijs licuit mandare macello
Membra boum: ſparſere lupi: ſparſere leones.
Pam. Hi tibi ſint hoſtes: at non iacuere magiſtri:
Non rauci ſiluere canes: quod fæua ſinebat
Extremũ fortuna fuit: ſpoliare cadentes:
Et niueas urbi dominoq; remittere pelles.
Tu mihi quid ſeruas niſi cornua dempta iuuencis?
Mi. Immo aurum teneris quod compenſauimus agnis.
Seruo: habiles cyathos & agreſti urgere labellum
Sudere non dignor? rudium miſeretq; parentum.

Adde ꝙ ars ducé me multum paſtoria creuit:
Diſcolor en talos tyrrheno ex more cothurnus
Circũit:effulgens obnubit tempora iaſpis.
Candida ſidoneo ter murice uellera tinxi:
Et magnos peperi pro munere lactis amicos:
Sponſa nitet gemmis:collumq; monilibus ambit.
Et mecum fuſca ſecura recumbit in umbra.
Non glacie niuibuſq; rigens:nec ſolibus uſta:
Qualis erat tua turpis anus:dum rura teneres.
Regia ſi ſpectes: non noſtra uidebitur uxor.
Tum paſſim herboſis ludunt in uallibus hedi:
Inq; uolutabris ſegnes innata uoluptas
Conglomerat:uerſatq; ſues:non humida paſtor
Fortior antra ſubit:ſedeo iaceoq; ſupinus:
Multa canens quæ dictat amor:nec craſtina curans.
Commiſſiq; gregis ludos & prælia cerno.
Tu querulus triſtiſq; mane:tu dente canino
Qua rabies tulerit ſemper mordere paratus.

Pam. Ergo impure tuum noſtris cum ſentibus antrum
Iungis:ut indignos habitus tibi præferat uxor
Rebus onuſta ſuis:ut tu meliore cubili
Membra loces:ſomnũq; animo uigilante fugacem
Excipias oculis:& turbida uiſa fatigent?
Concilient ut uaſa ſitim:cauſaſq; timendi
Inueniant:& forma domus & chara ſupellex?
Heu labor inſanus precio cumulare periclum.
Heu furor extremus nuptæ parere furenti.
Turpis adulteria:& thalami tot probra pudendi
Diſſimulare potes? nempe hi quos fingis amicos:
Coniugis inceſtæ facilem rapuere pudorem:
Inſidiaſq; parant etiam tibi:lumina tolle
Immodico depreſſa mero:lupus inſtat ouili
Antraq; peruigiles circumſtant ditia fures.

Mi. Furibus eſt mecum contractum ſanguine porci
Fœdus:& inferni deſcriptum regis in ara.
Inuiſum ſuperis ſacrum fortaſſe:profundis
Acceptum ſed iure deis:quibus ære litatum eſt.
Non ego:ieiunæ confringant pinguia tigres
Septa licet:totoq; fremens ruat æthere grando:
Armentiſq; ſatiſq; necem ferat acrior annus
Pauper ero:tantum ſcrobibus cõmiſimus atris.

Pam. Tolle ferum ſcelerate ſacrum quod iuppiter & ſol
Erubuit:potuitq; iubar ſed acerba relatu
Præterea qui paſtor eras:per littora gaças
Conuehis:& neutrum perages fœliciter:aude
Linquere iam ſyluas:urbeſq; uidere remotas:
Pandere uela nothis:timidas temptare procellas:
Vxor enim ignotis iam pridem in collibus errat:

Et patrium limen thalamũq; egressa pudicum
Illa sequetur ouans: meretrix famosa procosq;
Secum aget ardentes: & olentes turpiter hircos:
Herba peregrinæ quibus est iam grata paludis.
Mi. Quid pater obscuris animos ambagibus imples?
Longaq; nunc seris: quid litibus ocia frangis?
Desine iam mœstis alacres incessere uerbis.
Dic age: dic breuiter quicquid fert impetus & mens.
Pam. Es meritus post uincla crucem: post uerbera ferrum
Supplicium brene: quin potius sine fine dolores
Carceris æterni: uel si quid tristius usquam est.
Serue infide fugax dominoq; ingrate benigno.
Mi. Surde senex gestare crucem: tolerare catenas
Si nescis sors ipsa tua est: uulgata per omnes
Fabula iam saltus: nerei terrore superbi
Destituisse gregem: medio nisi tristis apollo
Sistere calle gradum non uertere terga iuberet.
Cætera nam sileo: domino q̃; fidus in arctis
Casibus: ut possint desertæ ignoscere caulæ.
Pam. Et fugi & redeam: timui pastoris iniqui
Verbera nulla: metum facilem damnauerat ætas.
Flumine mox laui maculas: pallorq; recessit.
Mi. Quæ tibi causa fugæ? cur claustra quieta relinquis?
Cur longinqua sequens quercus contemnis auitas?
Quo claues uesane rapis? quin obice rerum
Tantarum si cura premit: per mœnia saltu
Errantes cogentur oues sub tecta reuerti.
Iam mihi magna placent: inopis non semper ouilis
Seruus ero? dulcem cantando nactus amicam
Formosus fieri studeo: solemq; perosus
Antra umbrosa colo: frontemq; manus recenti
Fonte lauans: speculum corydon byçantius istud
Quo mihi complaceo dono dedit: omnia nouit
Et patitur coniunx: quoniam sua multa uicissim
Dura fero: uos ignotas iactetis amicas
Ne mea perpetuus foueat complexibus epy.
Pam. Infamis mulier multisq; infausta maritis
Te foueat demens: prior epycus ille prophanos
Lapsus in amplexus cecinit per rura per urbes:
Quam coniunx generosa sibi: prior ipse puellam
Nactus ad irriguos secum traduxerat ortus:
Ludibrioq; habitus: uiuens morienscq; iacentem
Exedere canes: & perminxere sepulchrum.
Lætior haud alijs post hunc: sed adultera forsan
Fida tibi fruere: & speculum corydonis habeto.
Aeternum gemat ille miser: pastoribus aulæ
Qui primus mala dona dedit: formosus haberi
Dum petis: & capiti circũdas serta niuoso

Ignotum tot pondus auis:dum floribus antrum
Dumq; pedes debite roſis ſylueſtribus ornas:
Omnia depereant: quando impia ſydera cœlo
Impia fors terris ſuperant:intercidat una
Cura gregis ruriſq; labor ſtudiumq; peculi.
Mi. Succedet mihi forte aliquis:nec longius hinc iam
(Augurio niſi fallor)abeſt: qui triſtis inerſq;
Mitia præduris excuſet facta repulſis:
Aluernaſq; ferat romana in paſcua ſordes.
Pam. Quem talem niſi te genitum fortaſſe minaris?
En tua tota fides:en laudum ſumma tuarum
Peiorem ſi terra parit:tunc optimus ipſe:
Inq; nocens mitio:ſic crimen crimine purgas:
Viue:late:gaude uitij maioris ad umbram.
Mi. Lætus agam moriarq; dolens:tu triſtis utrunq;
Neſcio quid confuſa tibi tua ſomnia ſeruent.
Pam. Par fuerat meminiſſe quibus bonus ille periclis
Iſta parauit herus:laniatum uepribus aſpris
Vidimus:heu quanti miſerans armenta redemit
Perdita ſublimi ueniens mercator olympo.
Quam tenuis uictus:& nulla ſuperbia uerum
Ruris habet dominũ:tu luxuriaris in aruis
Illius:ipſe ſua ſitiens ac ſobrius aula eſt.
Mi. Immemor ille ſui:& rerum fateamur auarus
Perdere pauca timet:cum poſſit perdere multa.
Impiger horrendis paſtores uocibus implet.
Hinc didiciſſe potes ſemperq; in fontibus ægras
Merſat oues:tondere iubens ne uellera lappæ
Intricent:prohibeus ipſis a ſepibus hircos:
Oſtentatq; rubos itidem ſterileſq; miricas
Paſcua dura feris:famulos macieq; geluq;
Conficit:ac tolerare famem ſomnũq; ſitimq;
Edocet:adiungitq; minas atq; intonat ore.
Dulcia cuncta uetat:iubet aſpera: culta cauebis
Auia luſtrabis:montes ſuperabis iniquos:
Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.
Moribus his hominũ quiſquã de ſanguine natum
Vixerit:aut raros illi miretur amicos?
Contra ego me memini domino ſeruire potenti:
Perdere magnificum multis placuiſſe decorum:
Vis ubi nulla premit:quis tot conſumet ariſtas
Quod pecus aſſiduo peraget tot gramina morſu.
Laſciuos errare greges hircoſq; procaces
Coniugio gaudere ſinas:ſimul ipſe iocabor
Dum mea me coniunx:dum me mea ſuſcipit epy.
Vos ueſtros ſeruate:meos mihi linquite mores.
Pam. Infœlix ſic noſcis herum:dum tutus in umbra
Stare putas :aderit præuertens gaudia luctu.

Grex infectus & suffectus

Mi. En uerbis terrere paras:præsentia fortes
Despiciunt:timidos etiam distantia terrent.
Explicit. VI. Aegloga quæ Pastoriũ pathos titulat.

Incipit Septima Aegloga cui titulus est Grex infectus & suffectus.

Collocutores Mitio & Epy.

Vlcior his syluis & gramine dulcior arui:
d Gratior his antris:& gratior amne sonoro:
Huc modo dum sum solus ades mea nobilis epy.
Epy. Nulla dies mitio nostros obrumpat amores:
Nulla dies gremio caput hoc disiungit amato:
Vltro assum:semperq; adero:nec sponte reuellar.
Mi. O mea (nam dulce est animũ exonerare loquendo)
Quid mihi nunc stomachi reris? præcordia quantum
Fellis habet sparsi? mordax modo pamphilus acri
Pertulit incautum penitus pupugit ue querela.
Multa minax absentis heri:sub fine pauorem
Obtulit intrepido:fortem fortissima contra
Frons stetit hæc:nunc chara comes tot dulcia mecum
Tot lætos partita dies:partire quod instat:
Ne pigeat numeremus oues:numeremus & hircos:
Seu grauis iste redit:seu forsitan ille tremendus:
Vera licet fictis prætexere crimina uerbis:
Stet modo frons eadem conceptaq; formula fandi.
Epy. Lanigerum quodcunq; pecus seruare solebas
Mors rapuit:uel morbus habet:per gramina ripæ
Pascitur alterius quicquid superesse dedit sors.
Febris iners:scabiesq; tenax:uiolentaq; tussis
Iam uacuos populantur agros:premit horrida sudor
Mucidus:& rigidi configunt tergora dumi.
Tutius abfuerint ne furtim læta pererret
Mœsta lues capita:& serpens per ouilia pestis.
Cætera nosse datur:refer huc tua lumina tantum.
Mi. Perge meum culmen:mea spes:mea tota uoluptas.
Epy. Ille procul fuluo quem cernis ludere tergo
Vertice conspicuum:setis cui discolor albis
Barba genas mentumq; tegit:per pascua late
Noscitur immitis:frondisq; petulcus & herbæ.
Hunc etiam cupidæ metuunt perferre capellæ.
Sic duras teneraq; tegit:sic pondere toto
Irruit:incumbens miseris:ueneremq; nec ullam
Respuit:haud propriæ fit segnior inde maritæ.
Quæ paribus signata notis:& concolor illi est.
Ipse quidem luxu immodico lassatus:& annis
Iam senuit:sed dura fero recalensq; senectus.
Ille procax parili totus licet ardeat æstu:
Viribus aut paribus fruitur:tamen omnia turbat

Septa furens:nullaſq; ſinit dormire quietas:
Somnifera ſub nocte capras:ſed ouilia circum
Hunc animus non ſanguis agit:dumq; aſpera prenſat
Colla:parum ſtabiles fregiſſe per oſcula dentes
Cernitur:& uocis paulatim perdidit uſum.
Quem quotiens uideo: ſubitus quatit ilia riſus
Vt fragilis dumeta petit: crebroſq; hymenæos:
Et uenerem geminis ardentem naribus omni
Tempore ſuſpirans:inamœnũ ſpargit odorem.
Tertius ille autem diſtortis cornibus atra
Luxuria efferuens:teneris male temperat hedis.
His multum debere memor grex ipſe fatetur.
Horum nanq; licet circum præſepia natos
Enumerare leues:atq; agmina multa nepotum.
Ille piger ſenio torpet:tamen integer olim
Ludere clam ſolitaſq; uides nec ſpernere frondes.
Nunc iacet & cœlum ſpectat:fremit arduus ille
Proceris gaudens per ſyluam inſiſtere ramis.
Permeat hic ualles: longinquaq; rura peragrat.
Eſurit ille rubos :fulgentibus imminet undis:
Nec tota ſatianda tago ſitis arida feruet.
Ille ferox animi eſt:& torua fronte minatur.
Ecce duo obnixis qui ſeſe cornibus urgent:
Sæpe graues ſyluis olim exciuere tumultus.
Nunc multo grauiora parant:atq; omnia turbant.
Ecce duo:morbo implicíti:niger iſte quieſcit:
Candidus ille ſilet:ſcabiem fricat ille uetuſtam.
Ille quidem toto quem cernis ab agmine ſolum:
Natura generoſus erat:ſed non ſua tondens
Gramina:ſollicito tacitus terit auia greſſu.
Huic hoſtis generoſus item:ſed fractior æuo
Contigerat:mors alterius certamen utrimq;
Concluſit:non ille uadum torrentis aquoſi:
Nec iuga ſaxoſi timuiſſet carpere montis.
Dux gregis ille fuit:dum noſtra reliquimus ultro
Paſcua:primus iter rapidum per lubrica flexit:
Hortatus ſocios:mox cætera turba ſecuta eſt:
Vnde diu lætos uacui deduximus annos.
Mi. Quid non longa rapit ſæclis fugientibus ætas?
Decreuit grex ecce ſitu:quæ culpa? quis error?
Immortali homini nihil eſt:moriemur & ipſi:
Ludere conſilium:nec cunctis temporis horam
Perdere ſegnicie:curaſq; repellere inanes:
Ni forſan tibi nunc aliud dilecta uidetur.
Epy. Prorſus idem:quid enim reſtet? quæ metha maloꝝ?
Ambiguum licet ille grauis promiſſa minaſq;
Iudicis inculcet:res pendet:ludere præſtat
Interea:& primam morti ſubducere partem:
Quam ſapiens(ſileo ſemper tibi fida profecto)

Hortatrix: atq; una fui: præsentibus uti
Et gaudere bonis: fato mandare futura:
Blandicijs profugam assiduis reuocare iuuentam
Et retinere manu: properante obstare senectæ.
Sed si tangit amor pecoris muliebribus aurem
Consilijs aduerte tuam: nisi forte pudori est.
Mi. Dic mea: dic requies thalami: dic gloria nostri.
Epy. Hos tibi fœcundæ matres peperere: quid hæres
Sanguine in externo? ueteri noua cornua serto
Floribus ex nostris ornabimus: ipse latentem
Pamphilus haud noscat fraudem: nec degener istis
Sanguis inest: humilisq; gregis uestigia seruant.
Liquitur hic luxu: non pinguia pabula desint.
Coniugiumq; frequens: implebit ouilia solus:
Errantes studet ille senes transcendere cursu.
Et facit ille gregem longe post terga reliquit.
Aspicis hunc timidum: meditatur prendere truncos
Mordicus: & uacuas cornu iam uerberat auras.
Mitior hunc uultu sequitur: mihi crede sed ille est
Sæuus & hirsuto multum truculentior apro.
Me spectante parem: spoliauit coniuge nuper.
Et potitur camuris nunc naribus: ac pede torto:
Illum inopem pauidumq; procul per saxa fugauit.
Hi turpes rerum indocti latitare uidentur:
Sed sine consuescant: discent tot multa magistris.
Hi duo: quid reris? fatales dulcibus uuis:
Iam pingues mustoq; graues: hos pelle reuulsa
Persolues: læso uenient triaterica baccho.
En tibi par aliud ratio famuletur amori:
Dignum laude licet blandis prope lenius agnis.
En quoq; par longæ uarium: pratum ille modesto
Dente metit: ramos patulo uorat alter hiatu:
Teq; tuũq; gregem rauca qui uoce fatiget:
Meq; fugare locis informi murmure possit.
Spumens ac frendens: tunsoq; simillimus urso.
Hos tibi romulei miserunt gramina saltus:
Cætera de nostris ueniunt tibi gaudia lucis.
Hinc alij atq; accrescent: fors bona fauebit.
Mi. O pecudum decus eximium reginaq; syluæ
Perge age iunge greges: & cornua flore rubenti:
His quoq; circunda: grex esse uidebitur unus.
Hunc tamen oblita es: numeris ascribe mœrentem.
Epy. Inuisa regione fatum quem florea uallis
Pauerit: & nostri spretorem miserit arui.
Pellicis imperio premimur: moribundus & unus
Introeat: spaciumq; breuis non explicat anni.
Mi. Iram frange precor: nil unq̃ tale iubebo.
Iam tranquilla redi: quoniam res magna peracta est:
Pamphilus ut redeat: iustas licet arte querelas

Abſtulimus:tacitam mœſtus ſibi ſorbeat iram.
Epy. Multa quidem curis dedimus:iamq; hora quietis
Nos uocat:accelera:glacies premat hiſpida colles.
Brachia nos nexi:molli iaceamus in ulua.

Explicit Septima Aegloga quæ Grex infe-
ctus & ſuffectus intitulatur.

Incipit. VIII. Aegloga cui titulus eſt Diuortiũ.

Collocutores:Ganymedes & Amyclas.

Gany. Vo fugis? expecta:liceat condiſcere cauſas
q Diſcidij:tu noſtra puer(niſi fallor)amabas
Paſcua:quo paſtos abigis cum matribus agnos:
Ingrate atq; oblite mei rerumq; mearum?
Amy. Parce parens damnare tuum:puer ipſe:fateris
Hac paui regione gregem:tibi lætior annis
Tunc animus fuerat:nunc intractabilis aſper:
Me quoq; uiuẽdo patientia prima reliquit.
Gany. Conſilium ſolet eſſe ſenum:iuuenũq; uoluptas:
Tu mihi delyras ſenior:tum uallis amator
Vnius deſerta uagus nunc auia tentas.
Amy. Propoſitum mutat ſapiens:at ſtultus inhæret:
Res:tempus:fortuna:locus:firmata ſequentur:
Conſilia alternant:macie turpiq; ueterno
Terga pecus confecta gerit:ſqualentia ſentes
Vellera dilacerant:quid agam? nec pocula fontis
Tuta:nec herbarum morſus:ſucciq; ſalubres:
Ipſe aer ſuſpecta mihi ſuſpiria reddit.
Quin iuſtam permitte fugam:& miſerere coacti:
Nam potes:ecce etenim ueni ad tua gramina pauper:
Pauperiorq; domũ redeo:non lacte nec hedis
Auctior:inuidia & ſolis iam ditior annis.
Adde ſupercilij pondus:quod non grauis æquet
Aetna iugis:non oſſa rigens:non altus olympus:
Id prius æquanimis tuleram:indignãtior ætas
Eſt ſenium:rugæq;:animos in uerba miniſtrant.
Triſte ſenex ſeruus:ſit libera noſtra ſenectus.
Serua iuuenta retro eſt:ſeruilem libera uitam
Mors claudit:memor uſq; mei ſubſiſte ualeq;:
Me fatum tentare meum ſine paſcua circum.
Gauy. En animi ſeruum memoris:ſic omnia uẽtus
Abſtulit:has mereor grates:hæc premia reddis?
Vt nil præſtiterim:multum licet impar: amaui.
Amy. Verba quidem uerbis:res rebus:purus amori
Sed ſolus debetur amor:gratuſq; memorq;
Sum:quia te ſemper poſtq; mihi notus amaui:
Et dum uita comes ſi quid mihi credis amabo.
Gany. Quo properas igitur? quæ te magis allicit ora?
Vnanimes quæ cauſa repens diſiungit amicos?

Perdit enim ſerui nomen cui libera mens eſt.
Amy. Aſpice fatigero tangentem uertice montem:
Nubila tum grauida fontes tellure crepantes:
Vnde ruens pelagis confunditur unda quaternis.
Aſpice præruptum ſcopulis extantibus alte
Ire ſub aſtra iugum:lapis ille imperuius olim:
Punicus aſperſo donec ſibi paſtor aceto
Fecit & igne uiam:noſtris paſtoribus ingens
Diluuiũ ſtragemq; ferens:hoc forte per æſtum
Solus ego ac ſitiens nuper ſub colle uagabar.
Gallias erranti ſeſe comitemq; ducemq;
Obtulit:& uiuas digito direxit ad undas.
Prægredior ualleſq; nouas & pinguia late
Rura noto:ſed ſæpe oculos in terga reflectens:
Iam latus hoc ſordere mihi:iam turbidus æther
Cœpit ad occaſum:iam ſydera mœſta uideri:
Agnoſco ualidum patriæ reuocantis amorem:
Illic & uiolæ melius per roſcida pallent:
Per dumæta roſæ melius redolentq; rubentq;.
Purior ac patrius illic mihi prata pererrat
Riuus:& auſoniæ ſapor eſt iam dulcior herbæ.
Gany. Spreta fides igitur comicum tam certa priorum:
Cum quibus & niueas laqueis:uiſcoq; columbas
Gaudebas damaſq; plagis temptare fugaces.
Cum quibus & capreæ ſoles:umbraſq; leonis:
Et tauri flores:& adultæ uirginis uuas
Carpere:uel fando cunctantem impellere noctem:
Vel longum breuiare diem ſermone iociſq;:
Et requie molli durum condire laborem.
Amy. Nil ſpretum niſi ſylua ferox paſtorq; proteruus:
Et gignens aconita ſolum:& mœſtiſſimus auſter:
Et plumbo infecti latices:& turbine tortus
Puluis:& umbra nocens:& grandinis ira ſonoræ.
Gany. An prius iſta tibi tam longum ignota per æuum?
Amy. Hora prius fateor : tenuit me peſtifer uſus
Luctantem: me ueſter amor:me forma puellæ
Blandior illecebris:ſed iam cum tempore ſenſim
Omnia mutantur:ſtudium iuuenile ſenectæ
Diſplicet:& uariant curæ uariante capillo.
Gany. Sic uulgo iam notus eras:nec charior alter
Vel mihi uel ſocijs:ſyluis errabis in illis
Et mecum manſiſſe uoles:cupienſq; reuerti.
Amy. Nil penitus non eſſe poteſt:fortuna gubernat
Res hominũ:ualet illa pijs obſiſtere cœptis.
Illa fauere malis:at ſi præſagia quicq̃;
Noſtra ferunt certi:leuis eſt ad prima recurſus
Principia:huc genitor profugus me ruris auiti
Finibus infantem rapuit:ripaq; paluſtri

Expoſuit miſerum:atq; abijt:per quattuor inde
Sermo luſtra tibi:nulla eſt iniuria :iuſtus
Libertatis amor:patrij quoq; cura ſepulchri eſt
Tempeſtiua ſeni:iam tandem abſiſte precari
Atq; iterum pater alme uale:dextramq; relaxa.
Gany. Ah miſer:& merita quis te cum laude canentem
Audiet? aut leui deſcribet carmina lauro?
Amy. Expectando quidem feſſus raucuſq; canendo
Attuleram:uereor:uocis faſtidia noſtræ.
Fors alijs placiturus eo:non una per omnes
Eſt hominis fortuna dies:nunc mane quietum:
Turbida lux ſequitur:nunc matutina ſerenus
Nubila ueſper agit:ſic tempeſtatibus atris
Tutus adeſt portus:ſic littora puppe tenentes
Tempeſtas inopina ferit:ſpes:terror ubiq;
Iuxta habitant:fortuna uaga eſt:& protinus inter
Quamuis preſſa manus:ceu lubricus effluit anguis.
Nil habet iſta magis tua nunc opulentia certi:
Quam mea paupertas:ubi pluris ſigna fauoris
Et minus eſt fidei:ſed iam me gallias audi.
Sollicitat damnatq; moras:& phœbus hyberum
Vergit ad oceanum:montem uix occupat altum.
Balatu moueor pecoris:nec candida dulci
Mugitum geminas ceſſat reuocare iuuenca.
Ire libet:liceat:nuſquam ſunt carmina tanti.
Gany. Men iuuenem pauiſſe domi:& finxiſſe docendo
Vt doctum noua ſylua ſenem nouus hoſpes haberet?
Sit labor agricolis longus:breuis inde uoluptas.
Arua domant alijs:ſic feſſus nauta quietis
Inuehit ancipiti delatas æquore merces.
Noſco meum ſydus:alijs utenda parauj.
Fatum agnoſco tuum:primis nam pauper ab annis
Pauper eris ſenior:pauper morieris amycla.
I:tamen:ipſe meis (quando hoc immobile uotum eſt)
Te ſine (quod nollem) iam ſolus paſcar aceruis.
Amy. Ipſe per æſtatem mediam uel colle uirenti:
Valle uel umbroſa:nitidiq; in margine fontis
Solus apollinea modulans ſub fronde ſedebo:
Lanigerumq; gregem paſcam:& loca florea circum
Mellificas imitabor apes:te diues habebit
Sylua:ſed urentes turbabunt ocia:curæ.

Explicit. VIII. Aegloga quæ Diuortiũ intitulat.

Incipit. IX. Aegloga cui titulus eſt Querulus.
Collocutores: Philogeus & Theophilus.

Philogeus. Eu laceræ fragmenta domus:heu ſydus agello
h Triſte modo:quid uotiui nunc ſtirpibus imbres:
Quid pecoris ſtudium? ſegeti quid lenior aura?

Aut ſoles ualuere pĩj? ſors aſpera ruris
Semper & immenſo tenuis fortuna paratu.
Agricola infœlix: ubi primũ cornua tollens
Floriger annus adeſt: circum ſua gaudia fertur
Raſtra manu uexans rigida: ſcabroſq; ligones.
Vrget in arua boues: ſulcoq; anniſus inhæret.
Inſerit hic ramos: herbas hinc ungue nocentes
Vellit: & utilibus lolium ſecernit auenis.
Hinc fodit: & ripam bellis brumalibus armat:
Inde leues prono diuertit tramite riuos.
Nil uel inexpertum linquens: uel ſegniter idem
Expertus: ſed cuncta nimis: tum nubila ab auſtro
Suſpicit: & ſecum pluuias incuſat inertes:
Trãquilloſq; dies operi: uentoſq; fauentes
Inuocat: ac cœlum precibus uotiſq; fatigat.
Heu miſero: poſtq; ſudore exhauſtus anhelo
Spes cernit florere ſuas: iamq; horrea laxat:
Ecce furens ſata culta truci uertigine nymbus
Obruit: & longos anni breuis hora labores
Vna necat: pereuntq; ſeni ſua ſomnia feſſo.
Adde repentinam rabiem torrentis iniqui.
Adde peregrinas uolucres: populantia campum
Agmina: tectorum lapſus: incendia: fures.
Adde grauem: morbos: nebulam: morteſq; pluentem:
Immemoreſq; gregis caſus: hominũq; ruinas.
Qualia nunc flemus mœſti: & uix flere relictum eſt.
Hora metus mortis quoniam trepidantia claudit.
Heu heu quo me cura tulit? quo cæcus habendi
Traxit amor? poteram uulgo quot tutius artes?
Quot rerum temptare uias? cur ultima lecta eſt
Paupertate labor mixtus: ſemperq; malignam
Scalpere tellurem querulaſq; audire cicadas?
Theo. Quid gemis? aut quæ nam uſq; adeo fortuna moleſta eſt?
Philo. Quid gemis? heu mea rura uides: fons ecce laborum
Atq; operum: ſpes ecce meæ: quid uiuere longum
Fert homini? nec deſinimus nocitura precari.
Quæ modo dumiuagis fuerint anguſta capellis
Antra uacant: raræq; procul languentis oberrant
Reliquiæ armenti: quas mors uiolenta per orbem
Spargit: & inſequitur: non æquoris obice uaſti:
Non cœli terræq; ſitu: non deniq; totis
Caucaſeis arcenda iugis: ſic omnia uictrix
Proterit: & latos depaſcitur ordine ſaltus:
Exemplis caritura quidem tenuere nepotum
Vix habitura fidem: ſuperant ſi forte nepotes:
Nec finem modo fata parant imponere rebus.
Theo. Poſſe mali cauſas ingens ſolet eſſe leuamen
Diſcere: ſi noſti quæ tantæ peſtis origo?

Philo. Multa dei cælant hominem:non omnia ſeruus
Clauſa uidet domini:cum ſit mortalis uterq;:
Quæ tamen in ſyluis crebreſcat fabula dicam.
Cerne ſinus pelagi geminos:quos maxima frangant
Flumina & aduerſo dirimentia gurgite terras.
Hunc hirſuta premit glacies:& bruma perennis
Aſperat:horrificoq; infeſtant murmure tigres.
Illum blanda roſis non areſcentibus æſtas
Temperat:& uirides fantur per plana uolucres.
Hos alio prius orta ſinus afflauerat orbe:
Hinc noſtris tranſlata lues:nunc regnat in aruis.
Theo. Quo mare tam facili tranſiuit & æthera ſaltu?
Philo. Illuc heu cupidi:ſtimulat ſua quẽq; libido:
Peruenit pars una gregis:ſucoſq; ueneni
Et diras guſtauit aquas:atq; inde reuertens
Mox peritura cohors late contagia fudit.
Paſtorem paſtor:pecudem pecus inficit ægra.
Spirat enim ſaniem incluſam pulmonis aduſti
Ad latus infauſtis aſpirant flatibus euri.
Intereunt iumenta boues duriq; bubulci:
Graminaq; & ſegetes:uacuis moribundus ariſtis
Imminet:& culmum componit meſſor inanem.
Nec morbi modus ullus adeſt:uelocibus alis
Mors uolat:externos fruſtra glomeramus odores.
His etiam ſua peſtis ineſt:quid demoror? omnes
Occidimus:niſi fata minas placata remittunt.
Quanq; quid reliqui eſt miſeris? iam falce recurua
Vltima rura metunt:graia qua uectus ab ora
Marmoreoq; nouam deſignans limite ſyluam:
Inclyta magnificus poſuit confinia paſtor.
Theo. Falleris ah demens:nam iuſta & ſera merentes
Paſtores ferit ira dei:populumq; rebellem
Effugite o cæci:ſecuraq; poſcite regna.
Philo. Nec mora tuta quidem:nec iam fuga tutior uſq;:
Obuia mors peruertit enim: & quocunq; mouerem
Mille parat medio laqueos:& retia calle.
Theo. Accipe conſilium propere:cunctatio nanq;
Lenta fuit ſemper ſubitis inimica periclis:
Huc huc uolue oculos:hic eſt uia recta:ſine ullis
Inſidijs:prædura quidem calcataq; paucis.
Sed ſuper aerios arcto quæ tramite colles
Perferat:& ſiſtat feſſum in regione quieta.
Illic uita habitat:leua ſed olentis auerni
Sulphureis ſtant ſtagna uadis:ibi lurida mortis
Signa uides:atroq; polum nigreſcere fumo.
Hos euade lacus:dextrum mihi prende cacumen.
Philo. En nitar:tu me ſequere:& miſerere iuuando:
Quin prior:I tardum attollens & porrige dextram.

Theo. Vltimus ac primus adero: pellamq; trahamq;:
Tu modo: nec labor officiat: tibi solus adesto.

Explicit nona Aegloga quæ Querul⁹ intitulat̃.

Incipit decima Aegloga: cui Titulus est

Laurea occidens.

Collocutores: Socrates & Syluanus.

Socrates. Vid siluane doles? tantæ quæ causa querelæ?
Syluanus. q Heu socrates quem uix reliquum fortuna ruinæ
Dura sinit nostræ: nescis dulcissime nescis
Quid querar? & q̃ iusta mihi sit causa querelæ.
Socra. Auguror: expecto sed rem cumulatius ex te:
Fare miser misero: non aspernabere luctus:
Participem comitemq; ioci quem lætus habebas.
Syl. Nescis prævalidi rumpunt ut uerba dolores:
Quid me chare iubes fari? pastoria nunquid
Materia est lugere deas? tamen accipe quantum
Singultus lachrymæq; sinunt: fuit alta remotis
Sylua locis: qua se diuersis montibus acti
Sorga nitens rhodano: pallensq; ruentia miscent.
Sic mihi quo fueram tusco translatus ab aruo:
Sic hominum res fata rotant: fuit aridulum rus
Dum colui indigui: atq; operi successit egestas.
Id reputans: aduersor enim piguitq; laborum
Pertesumq; inopis studij: tandemq; relinquens
Arua inarata: uagis syluis spaciabar apricis.
Verum inter scopulos nodosaq; robora quercus
Creuerat ad ripam fluuij pulcherrima laurus.
Huc rapior: dulcisq; semel postq̃ attigit umbra
Omnis in hanc uertor: cessit mea prima uoluptas.
Rusticus ardor erat: sed erat gratissimus ardor.
Ille mihi insueto: qui me mortalia prorsus
Oblitum imemoremq; mei meminisse iubebat.
Hanc unam: curasq; & totum huc uoluere tempus:
Sic ruris desertus honos: & quicquid in enses
Præcipitat: pars parta animi: pulsiq; tumultus:
Has ego delitias & opes: hæc regna putaui.
Socra. Perge: quis interea neglecti uultus agelli?
Syl. Nec noui: nec nosse uelim: mihi laurea curæ
Sola fuit: sed iam socrates ignosce: gemendum est.
Socra. Immo age perge precor: pariter lachrymabimur ambo:
Et pietas: communis enim & iactura dolorq;.
Syl. Laurea culta mihi: nec me situs asper & horrens
Arcuit incœpto: proprijs nec uiribus ausus
Externos uolui consultor adire colonos.
Nec longæ tenuere uiæ: nec tempus iniquum
Ac durum tarda uit opus: uulgata tenebam
Ascræi consulta senis: tamen altius ire
Mens erat: ac uarijs artem solidare magistris.

Dux mihi nullus erat:niſi amor feruorq; uidendi.
Primũ iter in latum qua pulcher mincius unda
Formoſo de patre oriens:interluit arua:
Hic uenetum celſis extantem in milibus unum
Paſtorem agricolam:bellatoremq; uiciſſim
Conſpiciens:dextræ modulantem in uertice ripæ:
Accedo:& breuibus percontor plurima uerbis.
Iuſſus ab hoc aſiam:graiaſq; inuiſere terras.
Vix atheſim attigeram patrij qua limina montis
Deſerit & lætos fugiens amplectitur agros.
Ecce uerone per prata uirentia martis
Ire duos uideo:canit hic:legit ille ſalubre
Herbarum genus:& pecori bonus applicat ægro:
Prægredior:caliduſq; aponus:geliduſq; timauus
Iam ſpacijs æquis aberant:dum peruigil alas
Intempeſtiuum quatiens dominoq; moleſtum:
Perſtrepit hic leuo uillæ de culmine gallus.
Mox baculo excuſſus mœſtum cantoribus omen
Præbuit: hinc nullo reſonantia littora cantu
Procuruoſq; ſinus tacitus ſequor:obuia tandem
Rura ſonora animum uocemq; & uerba dedere.
Lætior illa lego:ſmyrnam ſub fine uiarum
Peruentum:cæcumq; ſenem:ſed multa uidentem
Cõuenio:iſq; italo miſſum ut cognouit ab orbe
Proſiluit:dextramq; dedit:nemorũq; profundo
Accubitu & fuſca ſeſſum ſtatione recepit.
Attonitumq; manu penetralibus intulit umbris.
Figo oculos:& cuncta libens & ſingula circum
Viſa noto:cupidumq; fruor ſermone ſenili
Inſolitus:dij qualem hominem:quod diuite cœlo
Subtrahitis:terræ rarum breue munus ægenti?
Hunc magni circum comites lætiſſima turba
Stabant:iuxta autem cunctis ſublimior unus
Cui grege de toto ſupremus ceſſerat hircus
Fortunas caſuſq; ducum regumq; canebat.
Nec caſum tamen ille ſuum ſortemq; repoſtam:
Nec triſtes in terga canes inſtare uidebat
Regibus:attonſo flendus poſt fata capillo.
Iuxta alter ſenio infractus:iuueniliter alta
Voce canens:furere hinc dictus:ſed uoce furorem
Diluit:& falſo quæſiuit crimine laudem.
Sacra ſacerdotes canit hic:illc arma tubaſq;:
Inde deum fauor:inde uirum:per bethica captum
Rura lupum ſaluumq; gregem:iaculoq; lyraq;
Frætus:& hinc clarus factis :hinc cantibus alter
Altera ſollicitî laqueos cantabat amoris.
Docta puella:choris doctorum ĩmixta uirorum.
Cynnameus roſeo calamus cui ſemper ab ore

Pendulus:& dulces mulcebant aſtra querelæ.
Hanc choris late cunctata bacchide notus:
Hanc clarius charam ſuſpirans carmine lyden:
Et quem cyreniſ genitum dedit africa nilo.
Hanc thenis ſamio paſtor ſtupet igne liqueſcens:
Nec minus hanc noſtriq; procul mirantur amantes.
Voce omnes humili & querula ſimul impare cantu
Pone ſenex pueri in gremio:uix mole ſoporis
Lumina preſſa mouens:lenibat cantibus auras.
Mox ſiluit uictus:ceſſerunt carmina ſomno.
Argutum dircæa palus amiſit holorem.
Vidi ſidonio paſtorem rure profectum:
Annua quem morbi uis extinctura diebus
Angeret alternum natalibus:ultima donec
Vna animam:doctoſq; modos abrumperet hora.
Vnũ ibi cecropij contemptum in gramine ſaltus
Ingenio rectum:claudum pede:uoce calenti:
Spartanos in bella canens accendere uidi.
Vnũ uoce parem:ſummis per littora lõge
Solum:qui populo leges & iura dediſſet:
Iamq; ſenex muſis operam daret urbe relicta.
Vidi aquilam calui circum uolitare ſedentis
Ore caput:pleno ſimul illum lumina campo
Defixum:immota meditantem carmina fronte.
Vidi expectatum ut caneret dulcedine multa:
Obriguiſſe ſenem:uocemq; in faucibus imis
Artatam:muſas animam rapuiſſe putares.
Sic cubito incumbens ſimiliſq; erat ore canenti:
Phiſtula pallenti pendebat muta labello.
Hunc alius muſis qui paſtor amicior almis
Sed minus acceptus ſyluis:& uictor ut arte
Iudicio ſic uictus erat:de more ſolebat
Victorem ridere ſuum:q; iudicis æqui
Carmen inops:q; fama uagis incertior auris.
Vidi qui fixas raperet ſpes:adderet iras:
Cogeret ad certam flammanti carmine mortem.
Vidi alium ſyluis pulſum:mox carmine dulci
Extinxiſſe odium:quid enim uim carminis æquet?
Temnere opes tanti cauſam preciumq; laboris.
Vidi aliquos arteſq; bonas celebrare:ſed inter
Hos fuit ampla ſacri lege hac quæ iura parentis
Stringeret:hoc merito doctas laudaret athenas.
Vidi qui multo aſſiduus numeroq; ſuperbus
Lacte præmens fragilem fiſcellam rumperet acri:
Qui noua mactatis oneraret plauſtra iuuencis:
Qui ſale terga boum tereret laniata rigenti:
Et qui ſparſa ſedens paſtorum furta notaret.
Biblida qui uetito cantaret amore furentem:

Qui caneret ſolem ac lunam: ſtellantiaq; arua
Scinderet: & uolucri cœlum ſignaret aratro.
Qui uiuos plectro lapides aptaret ouili:
Colle ſub aonio funeſtæ ad pabula ripæ:
Quiq; palæſtrita & pictor: primoq; ſub æuo
Cantor: ad extremũ curſorq; aucepſq; fuiſſet:
Quiq; illi feſſo tandem & dormire paranti:
Ex leuibus calamis puluinar ſtrauit amœnũ:
Quiq; truces cantu ſolitus mulcere leones:
Iuſticia & cithara inſignis: uenerabilis annis.
Incola ſyluarum primus quem thracia uidit:
Aeream dulci rhodopen dum uoce moueret:
Præcipitem fidibus blandis dum ſiſteret hebrum.
Huic duo per montes auritaq; rura canenti
Perpetui comites: dextræ germanus inhæret:
Filius at leuæ: tegit illum linea ueſtis:
Iſte ſacer muſis plenum de fonte repoſcit:
Atq; pium cratera patri porgebat anhelo.
Deniq; graiorum latebras: aliæq; uireta:
Hebræoſq; graues: & carmine trita minaci
Gramina iordanis: peregrinaq; nomina luſtrans:
Mollia rura arabum: ſalis indiga: ditia mellis:
Affixuſq; oculis animoq; intentus ubiq;:
Vidi alios: atq; inde alios: non omnia paſſim
Viſa ſequor: uidi ſicula regione creatum:
Ac ſocios quibus horridulum cantare uoluptas.
Prima gregem latebriſq; minas uitare leonum:
Quiq; alios ſupra tenet ortum a carmine nomen:
Quiq; gregem calida gelidus male pauit in ætna:
Qui docet epheſios: tyrios qui rumpere campos:
Docto ac altiſono diuulſus ab agmine tandem
Flector: ibi unũ omnes nemorũ quem turpis habebat
Angulus: & tenui ridebant paſcua nutu:
Nudus ut ille iugis macidum raucumq; canendo
Indignum magni prædonis retulit aurum.
Sed quid ago? aut patriis quorſum peregrinor ab aruis?
Doctior inde domũ feſſo dum remige portu
Brunduſij egreſſo iuuenis placidiſſimus alto
Occurrens: trepidam porrexit ab aggere dextram:
Maternũq; oſtendit auum: per rura iacentis
Apuliæ: calabrumq; nemus ſub ualle galeſi.
Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem.
Pana uirum uideo: nec ſecum multa locutus
Eminus aruncæq; ducẽ populumq; ſaluto
Moris aratores ueteris: quaq; aufidus: æquor
Fertur in hadriacum: patrio ſub ſole peruſtum
Libertum: dominoq; lyra: gregibuſq; placẽtem
Alloquor: inde alius gelidi ſulmonis alumnus

Multa iocans:longamq; aciem per opaca latentum
Oſtendens dígito:fuſcos aperire receſſus
Tentauit fruſtra:uultus denſiſſima nubes
Texerat ambíguos:dubium uix murmur ad aures
Aura tulit:quantum in nobis obliuia poſſunt?
Vnus in hoc numero gaudens ſe condere uiuo
Fonte:deus numerum fluuiorum arſiſſe puellas:
Aequoreoſq; alius memorabat carmine noſtro
Inſuetum ceciniſſe deos:aliuſq; uiciſſim
Montanum imparibus carmen uariabat auenis.
Hinc procul & latio & muſis chariſſimus afris:
Fluctiuagoſq; alius numerans ſnb gurgite piſces:
Aurea plectra apio cinctus uiridante monebat.
Hinc alius rutílumq; crocum & candentia carpens
Lília:tum uarios iungebat in ordine flores.
Multa líbens ſileo:ſed iam mihi nota tenenti
Longa breui ſtringens aderat ſuſpiria cantu:
Paupertas quem tuta iuuet:quem delius ardor:
Caluus amans alius reſtinctam carmine flammam
Flens quaſi ſupplícium:properataq; tempora fati:
Accenſamq; alius dubium Romanus an umber?
Vmber erat:uariæq; minax & blandus amicæ.
Notior inde alius fluuiali occurrit aquino
Turbidus aſpectu:& ruralibus horridus armis.
Arpinati alius ſylua cui pauper amictus:
Victus inops ac difficilis:ſed læta canenti
Frons erat:& nullo uitæ turbata labore.
Protinus hinc geminæ tangebant ſydera quercus:
Vnde ſalus pecori bis contigit:altera dextræ:
Altera laus linguæ:magnos breuis herba iuuencos
Fecerat:una duos contexerat umbra gigantes.
Hinc quoq; uidi alium campano carmina faſtu
Implentem:& multum gracili ſibi uoce placentem.
Sic uenerabundus dominantis límina romæ
Ingrediór:ſtupor hic tremulam ſuppreſſit auenam:
Pila inter triſteſq; tubas:ſtrepitumq; rotarum:
At ſtudio rerum latia dum demoror urbe:
Forte procul tenuem dubia uix aure ſuſurrum
Grandæui ſenis excipio:doceorq; paternis
Hunc primũ ceciniſſe modis:audentior alter
Poſteriorq; humili q̃uis de ſtirpe parentum
Ortus:& adriacum iuſſus migrare piſaurum
Poſthabuit:quem tunc horrebant undiq; colles
Agreſtem ſummo imperio præponere muſam.
Non ueritus facíliq; hederæ ſummittere lauros.
Hic alienígenam ſeruum quem carcer honeſtus
Fecerat ingenuum:multaq; ornauerat arte:
Audiui cantare hominũ moreſq; doloſq;:

Atq; metus curaſq; ſenum & iuuenilia furta:
Lenonumq; artes:iam tempore murmuris afri
Oblitum:atq; italo texentem pectine carmen.
Hic cui religio ſylueſtris & inclyta rerum
Copia:& ignoti nihil uſquam ut priſca ferebat
Fama:ſed eſonides carmen cum uellere fuluo:
Qui canit alciden:qui theſea:quiq; cruentis
Fratribus in campum adductis ad mollia caſtra
Tranſfugit occultus:blandumq; cupidinis agmen:
Reliquias qui troia tuas:& fruſta legebat
Meonio neglecta ſeni:qui prole decori
Coniugio memori ſtudioſum ornauerat uſum:
Qui menſas uerſuq; gregem laceraret edacem:
Et qui laudatæ caneret conuitia gentis.
Partior hunc nono paſcebat caſeus anno.
Hunc uideas dextre rigidam geſtare ſecurim
Ornantem officij generoſo gutture pompam.
Hunc grauitas:illum cenſura ſæuerior offert.
Hinc tenui uinclo profugos qui nexuit annos
Sæcula:pierio niſus cohibere furore:
Pennatas muſas qui martia traxit ad arma:
Punica dum latio ferueret in orbe procella:
Indixit qui bella feris:ſyluaſq; tumultu
Miſcuit:apta uagis cudens uenatibus arma.
Tramite qui largo troianũ anthenora colles
Duxit ad euganeos: necnon comitante marito
Bis raptam feſſis helenam qui reddidit argis:
Phyllida qui querula : pheacum qui uoce latina
Luxuriem moreſq; canit:quiq; hectora ſupra
Ilion euerſumq; troiamq; a ſtirpe reuulſam:
Quiq; nurum dotemq; ioui conuexit opimam.
Linquo ſenem qui diſcipulum per prata ſonorum
Heſperiamq; tubam docto conflauerat ore.
Linquo uirum fortem poſita qui caſſide mœſtus
Sed iuſſus plenuſq; iræ ſaliebat honeſtæ.
Vnde alium domini uidi meruiſſe fauorem.
Vidi qui quotiens libuiſſet ferrea blando
Pectora molliret cantu:lachrymaſq; moueret
Hic quoq; (nam memini)miſerum ſolabar amantem:
Amentemq; magis: cui uis erat ampla canoræ
Vocis:& ingenij magnus ſub pectore torrens.
Eſt amor exitio paſtorum publica peſtis.
Blandus ubi immitem peperit furor ille furorem:
Forte oculos auidumq; animũ ſeptena per antra
Nobilibus famoſa iugis:& opaca mouenti
Collis:ubi arcadiæ celeberrima carmina nympha
Arte patrum curas fugitiuaq; uerba ligarat:
Monſtratur:celſoq; uirens in uertice laurus:

Admonuit noſtræ:& dulcem renouauit amorem.
Tum frondoſa ingens ramis altiſſima fagus
Optatamq; gregi gregis ac ductoribus umbram
Fundebat:uolucrum ſedes aptiſſima nidis:
Aſſiduumq; ſonans uarioq; exercita cantu:
Atq; hic multa iubens eſedæ uerendus acerua:
Formoſuſq; gigas lucum omnem fronte ſerena
Et paſtorali uis maieſtate regebat.
Ocia ni deſint nulli uſquam uoce ſecundus:
Dulciter ille quidem q̃q̃ rauceſcere curis
Muſa ſolet:ſed rara canens:frontesq; canentum
Exornans niueis uittis:& fronde perenni.
Ille ubi paſtoris properatum funus amati
Fleuit:inexplicitum carmen mandaſſe duobus
Fertur:& anguſta limam ſub lege dediſſe
Iuſſo alacres inſtare operi:rerumq; ſuarum
Immemores:aliena manu tractare magiſtra
Conſpiceres:laudemq; alij ſibi uelle laborem.
Tres nemorum dominos:& eadem ceſpite muſis
Intentos:gregibuſq; ſimul ſpectare decorum
Dulce fuit:quorum unus iter cantabat acuta
Voce ſuum:niger ille oculos geſtuq; uenuſto
Paſtorum pauor at ſtimulus:contra ille ſecundus
Totus amor placida doctus nil fronte negare:
Tertius impexis æſtus & frigora & imbres
Aſſuetus perferre comis:qui multa uidendo
Omnes ambierat ſyluas:cygneaq; ſerum
Carmina iam properans uicina morte canebat.
Longe ibi tranſfluuiũ regum inter buſta ſeorſum
Vnus erat rutilus diuini ruris arator:
Qui pinguem ſcabro ſulcabat uomere campum:
Huic comes hinc prudens hinc ſedulus alter aranti
Certabant rigido glebas conuellere raſtro.
Terra ferax:feſſiq; boues:& laurea nuſquam:
Nuſquam hederæ aut myrtus:uiridis nam gloria ſerti
Non ſtudium muſæ fragilis uox:area ſacro
Fonte recens:atq; alta domus:tum pinea late
Sylua uirens dulceſq; oleæ gremioq; decorum:
Clara fouens roſeo puerum ſtat limine uirgo.
Hic matrona fuit hortis quæ lecta remotis
Vimineis calathis templo aurea poma ſacrauit.
Mira loquar ſupraq; fidem:ſed carmina uidi:
Hic hominis:pariterq; aquilæ:bouis atq; leonis
Hiſpanum noſtra modulantem uoce iuuencum:
Procedo iam ruris opes uiſurus hetruſci.
His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis
Cultor agri rigidus:patriæq; in mœnibus alter
Lenior ad ſterilem uerſando expertus arenam.

Cuncta dehinc inculta iacent:aduerſa ſed inter
Imus ad hiſpanos cultus:eſt corduba teſtis
Ciuis & alta canens ad ſolem uertice nudo
Nil patrij ſermonis habens:nil frontis hyberæ:
Teſtis & emerita eſt & bilbilis:atq; uadoſis
Gadibus ora tepens noctem quæ ſera diemq;
Vltima ſurgentem ſolem uidet atq; cadentem.
Hinc ego burdegalam repetens:in littore cerno
Aequor ubi ambiguum refluo ferit amne garumna
Multiloquum magnumq; ſenem:quem templa uaſati
Nominis auſonij dederant:urbanior inde
Vnus aquis ubi feſſus atax languentibus exit
Occupat eloquio:notus procul ille lariſſæ:
Notus apud thebas:ſed enim tyberina latine
Docti omnes per rura loqui:tuq; inclyta narbo
Carmina piſcoſo referens accepta benacho.
Sum nimius ſed uiſa trahunt:ignoſce tenentq;
Dulcia poſtremo tuguri uix limina parui:
Orbe peragrato:& laurum mea regna reuiſi.
Soc. Vndiq; conuectis ornans reor artibus illam.
Syl. Longus ero ſi cuncta ſequar:ſic illa parentis
Naturæ:& noſtro fuerat ſufflata fauore:
Vt neq; dodonam:nec cretam Iuppiter illi:
Nec uenus Idaliam aut amathum:curotamq; diana:
Nec delon cirrhamq; ſuam præferret apollo.
Ille quidem aſſiduo repeto uolucreſq; ſagittas
Atq; arcum pharetramq; agilem citharamq; ſolebat
Illuc ferre ſuam:ramoq; aptare uirenti.
Neſcio quid fateor:ſocrates tamen omnia noſti
Diuinũ ramis inerat per gramina circum
Ludere amadryades paſſim:nymphaſq; uideres:
Hanc ſuperum rapido dum fulmine rex quatit orbem:
Liquerat intactam ſolio ueneratus ab alto.
Romuleam uidi ſobolem pubemq; ſuperbam
Imperio:& trabeis ſacras hinc carpere frondes.
Vidi hominũ genus argutum doctumq; canendi
Eſſe ſub hac cupide & rariſſima texere ſerta.
Ipſe ego(quid longus quid non ualet improbus uſus)
Edidici uariare modos:ac multa per herbam
Sed non magna canens:demũ me frondibus hiſdem
Exorno:celſos poteram nec prendere ramos.
Ni ſublatum humeris tenuiſſet maximus argus.
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia læta
Paſtorumq; fauor multus:colleſq; per omnes
Illicet ignoſci incipio:digitoq; notari.
Laurea cognomen tribuit mihi:laurea famam:
Laurea diuitias:fueram qui pauper in aruis
Dines eram in ſyluis:nec me fœlicior alter:

Sed lætum fortuna oculo conſpexit iniquo.
Forte aberam ſyluaſq; ieram ſpectare uetuſtas:
Peſtifer hinc eurus:hinc humidus irruit auſter:
Ac ſtratis late arboribus:mea gaudia laurum
Extirpant:franguntq; truces:terræq; cauernis
Brachia ramorum frondeſq; tulere comantes.
Hei mihi quo nunc feſſus eam? quibus auxius umbris
Recreer? aut ubi iam ſenior noua carmina cantem?
Illic notus eram:quo nunc uagus orbe requirar?
Quæ me terra capit? potes ad tua damna renerti
Infœlix:ſparſaſq; ſolo conquirere frondes:
Et laceros ramos & iam ſine cortice truncum
Amplecti:lachrymiſq; arentia membra rigare.
Ibis:an ignotas fugies moriturus in oras?
Infauſtum uiuaxq; caput dulciſſima rerum
Spes abijt:quid uita manes inuiſa fruenti?
Quid fragilis lentuſq; dolor præcordia uerſas?
Soc. Pertimui longæq; aliud te flere putaui.
Syl. Heu heu parua igitur flendi tibi cauſa uidetur?
Soc. Nulla quidem potius:lachrymoſis parce querelis:
Eſt dolor uſq; loquax:laurum non eurus & auſter:
Sed ſuperi rapuere ſacram:& fœlicibus aruis
Inſeruere dei:pars corticis illa caduci
Oppetijt:pars radices uiuacior egit.
Elyſioſq; nouo fœcundat germine campos.
Vidimus his oculis ſuperos ſyluane uerendos
Leniter auullam meliori in parte locantes.
Syl. Vidiſti? an mœſto ſolamen fingis amico?
Soc. Vidi equidem & comperta loquor:ueſtigia ſupplex
Conſequere ac precare aditum:uerbiſq; caueto
Inuidiam conflare deis:quod honeſtius:opta
Tranſire in terras ubi nunc tua gloria uiuit.
Syl. Dij faciant precor ecce humilis ſemperq; precabor.

Explicit. X. Aegloga quæ Laurea occidẽſ titulat̃:

Incipit. XI. Aegloga: cui titulus eſt Galatea.

Collocutores: Niobe: Fuſca &: Fulgida.

Nio. Vc ſoror ad tumulum gelidiq; ad ſaxa ſepulchri.
Fuſ. d Quid lachrymis alimẽta petis germana? qd optaſ?
Nio. Eſt gemitus magni ſolamen grande doloris:
Afflictamq; animam releuant ſuſpiria quæſtus:
Enecat artatus mentem dolor:optima mœſti
Pectoris eſt medicina:palam lugere fuiſſet
Idem animus ſemper:nunq; hæc præcordia torpor
Verteret in ſilicem:nocuit tacuiſſe dolenti.
Mitto autem:cupidam modo duc ubi copia flendi.
Fuſ. Carpe iter hac qua nodoſis impexa capiſtris
Colla boum:crebraſq; canum ſub limine paruo

Videris excubias:giluoſq; ad clauſtra moloſſos.
Ille locus tua damna tegit:iamq; aſpice contra
Hic galatea ſita eſt:qua nil natura creauit
Pulchrius in terris:niſi nos amor uſq; fefellit.
Depone hic quodcunq; premit:complectere buſtum:
Oſcula fer faxis:umbræ dic uerba ſilenti.
Nio. Heu nimis arcta domus:tanto domus arcta dolori:
Hæc ſedes galatea tibi eſt:quam fulgere cernens
Sol ſtupuit:faſſuſq; parem:faſſuſq; ſubinde
Maiorem:attonitus ſerum ſeſe abdidit undis.
Hæc ſedes galatea tibi:uos ſydera cœlo
Statis in occiduo ludis themone boete:
Iuppiter ore poli luſtras conuexa ſereno.
Is gelidus cum falce ſenex:armatus orion.
Luna uices peragis ſolitas:uolucerq; deorum
Interpres:nomenq; uenus poſitura uiciſſim.
Hic pallens galatea iaces iam terra ciniſq;:
Iam nihil ætherea niſi forſan ſpiritus arce
Viuit:& inde uidet flentes tranquillus amicas.
Nil mihi reſpondes animæ pars altera noſtræ:
Optima pars eadem:dextras adhibito precanti
Si qua fides mundo eſt:pietas ſeu priſca ſuperſtes.
Heu lapidem infeſtum qua nunc ſoror arte reuoluam
Irruam in amplexus:figam oſcula dulce cadauer.
Hoc referam moribunda ſinu:fotumq; facellis
Inferam:& arcanis: durum penetralibus addam.
Addam perpetuos celebret quos mundus honores:
Virgineos addam cœtus: rituſq; uerendos:
Et ſua ſacra deæ:nec fax nec carmina deerunt:
Fœmineas longe lateq; ſonantia laudes.
Heu mihi prædurum lapidem graue pondus inerſq;:
Deficio ſub faſce ſoror:nitenſq; fathiſco.
Fuſ. Surge ſoror ſurge:ſacrumq; cadauere corpus
Cõmaculare caue: placeant præſentia fruſtra:
Præteritum expectes: tuta eſt obliuio amanti.
Nempe heſterna dies ulla nequit arte reuerti:
Mors adimit curas:mors omnia uincla reſoluit.
Iam ſatis eſt fletum:noſtros mors fregit amores.
Nio. Fregiſſetq; utinam noſtros mors æqua labores:
Speraui:prope nam ſteterat:miſeramq; fefellit:
Viuo ſed infœlix:& luctus ſeruor in omnes.
Fuſ. Parcius en leuo triſtis tibi fulgida calle
Aduenit:& tacita caſtigat fronte querelas.
Ful. Quid miſeræ cæcæq; animi mortalia fletis
Tam grauiter:quid fles niobe:quin incipe uitam
Scire pati:quamcũq; dedit ſors dura: dabitq;:
Et me torquet amor:deſiderioq; meorum
Permoueor:ſed quid facias:arma irrita calces

Aduerſus ſtimulum:melior patientia preſſis:
Multa ſibi facit ipſe animus leuiora ferendo.
Quid gemitus? moritura fuit galatea:deinceps
Immortalis erit:proprio tabeſcere damno
Non amor:alterius ſortem lugere ſecundam
Inuidia eſt:quantum nobis deceſſerit omnes
Scimus:& ingrato quantum deceſſerit orbi.
Sed ferimus:uos definite:ac meliora tenentem
Suſpicite:& cœlum terris optate relictis.
Fuſ. Fabula:quis alis cœlum terreſtria prendent?
Ful. Aethereis:ſic terra ſuum:ſic aſtra repoſcunt.
Fuſ. Credulitas uulgata quidem:nos certa probamus.
Ful. Fuſca locis imis habitas:nos ſumma tenemus:
Et cœli terræq; ſitum ſpeculamur ab alto.
Nio. Ambages ueteres & inenodabile uerum
Mittite:& integram uenturis tradite litem.
Fulgida quin potius (muſas nam noſcis agreſtes:)
Dic titulum buſto:relegat quem ſerior ætas.
Ful. Sic liquit galatea ſuũ pulcherrima corpus
Libera iamq; polos & regia tecta tonantis:
Ipſa quidem ſuperumq; choros menſaſq; frequentat.
Mors roſeos artus:mors candida colla:genaſq;:
Sydereoſq; oculos tetigit:uultuſq; ſerenos
Obſcura dimerſit humo:mortalia quiſquam
Diligat:aut ſperet ſtabiles hic figere plantas?
Quid gen? aut ꝓbitas? quid opes? quid forma? quid ætas?
Quidue decens cultus? quid gloria nominis ingens?
Omnia contigerant:manus abſtulit omnia mortis:
Nuda domum repetens e carcere fugit amato.
Nio. Nuda quidem minime quam gloria ueſtit amictus:
Clarior aſſidue longiſq; recentior annis.
Hanc quæcunq; ſibi uultuq; animoq; per æuum:
Aut cantu aut ſermone placens:cupienſq; placare
Deferet ante oculos:hanc nos dum ſpiritus iſte
Artubus hærebit miſeris:& uiuere coget:
Hanc uel apud manes nebuloſaq; flumina lethes:
Exemplarq; pudicitiæ formamq; decoris:
Corde ſub hoc ſemper memori pietate feremus.
Tum noſtro galatea tuum de pectore nomen
Exibit:fugient propriis dum ſedibus aſtra:
Mellis apes ſtudium linquent:nidoſq; columbæ:
Coniugium turtur:prædam lupus:arbuta capræ:
Cuſtodita dolos mulier:mendacia ſeruus.

Explicit. XI. Aegloga quæ Galatea intitulatur.

Incipit. XII. Aegloga: cui titulus eſt Cõflictatio.
Collocutores: Multiuolus & Volucer.

Multiuolus q Ve noua fers uolucer? qſnã ſtupor? unde uehiſte?

Volucer. Arduus in tenero pingues per gramine tauros:
Et molles pascebat oues pan maximus olim
Pastorum:& sylua late celeberrimus omni:
Faustula quem complexa sinu mulcente fouebat.
Viderat hunc crassa gelidaq; sub ilicis umbra
Arthicus armipotens:secumq; hæc turbidus ira.
Hunccine perpetua gaudentem pace uidebo?
Securoq; sinam resupinum stertere somno?
Si satis hanc noui:dextramq; erexit in altum:
Excutiam madida cerebri de sede soporem.
Dixit:& omne fretum refugasq; exterruit undas:
Horridaq; extremis uox est audita britannis.
At sonitu ingenti penitus torpore fugato:
Pan caput abstulerat:gremioq; innixus amicæ
Multa prius secum frendens:ac multa uolutans.
Vnde ait ista tibi tam insulsa superbia demens?
Vnde furor? nescis uires stolidissime nostras:
Spernis opum cumulos:spectatos spernis amicos?
Experiere quidem:serum tentasse dolebis.
Fidus auariciæ nunc̃q; continget amicus
Ille refert:at diuitiæ sunt præmia belli:
His ne putes tardare minis? incendis & urges:
Desine:nec uentos nec turgida uerba timemus.
Est animus:sunt arma mihi:dubijsq; probatum
Pectus amicorum:sunt qui tibi terga iubente
Me feriant:dextrumq; premant latus atq; sinistrum.
Ipse genas frontemq; manu baculoq; retundam.
Non tibi par animus:non est manus apta duello.
Pan timuit:flentesq; oculos:hinc aspicis atq; hinc
Intonsis instare ferox pastoribus agmen.
Sustulit horrificam uocem:qua flumina & agri
Et mare uicinum infremuit:collesq; remoti.
Ac procul aeriam clamor peruenit ad alpem.
Vndiq; conueniunt:& qui per frigida tempe
Herbiuagos aluere greges:armentaq; belli
Grata deo:& qui lanificæ dilecta mineruæ:
Et qui frondipetas nemoroso monte capellas:
Glandilegosq; sues:& amantes prata iuuencos:
Turba ingens:unoq; omnes in gurgite tandem
Sordidulum lauere pecus:qua rura secanti
Dux Italus fluuio dedit aurea cingere templa.
Tot deerant alimenta uiris:nisi pana uirili
Faustula sollicitum curarum parte leuasset.
Nam grege de magno:decimũ largissima quemq;
Obtulit:atq; famem sedauit pinguibus hedis.
Ah meretrix obliqua tuens ait arthicus illi:
Immemorem sponsi cupidus quam mungis adulter:
Hæc tua tota fides? sic sic aliena ministras?

Erubuit :nihil ausa palam nisi mollia pacis
Verba:sed assuetis noctem complexibus egit:
Et tacitam submisit opem mulieribus:ardens
Atq; imbuta odijs occultas ruminat iras:
At gelido stat flamma metu:iam brachia uterq;
Pastor ad ambigui certaminis orsa parabat.
Iam studijs aduersæ acies:iamq; arma fremebant.
Quæq; suos uocat ore deus:hæc mœnia troiæ
Arcturumq; canit:pugilum canit illa labores:
Monstriferũq; refert charolum:tum iurgia labæ
Iactantur:toto uolitant conuitia cœlo.
Pan fraudes pensiq; nihil:fandiq; pijq;:
Nota q; infamis testetur fabula caudæ
Obijcit:exilijq; locos:& inhospita tesqua:
Hostibus humani generis lingnæq; trementis
Barbariem:& rauco crepitantia uerba palato.
Ille autem tibi uerba placent:mihi facta relinque:
Et tamen expediam nodosa uolumina linguæ:
Et loquar ecce aliquid:faciet res ipsa disertum.
Te ne tegis digito? periuria:furta:rapinas
Nouimus oppressos homines:elusa deorum
Numina:quæ dignas tandem me uindice pœnas
Exposcunt:orantq; preces:lachrymæq; perorant.
Quas anus infœlix:mulier miserabilis expes
Pollicitis decepta tuis noctisq; diesq;
Fundit & ingratum queritur deserta nepotem.
Serua canum:tu prima quidem:tu summa malorum
Causa:negas? scelerum semper tu perfidus auctor
Induis arma fremens:eadem mox abijcis arma.
Illa gemit:surdumq; uocat:non irrita iusto
Spes ubi nulla tui est mittens suspiria cœlo.
Mater & ipsa dolens rogitat miseræq; sorori
Increpitans te poscit opem:fratresq; superbo
Affusi mœstiq; greges: syluæq; precantur.
Quem non mouissent? sed inexorabilis unus
Durus:inhumanus:ferus:horrens:despicis omnes.
Quid tamen officio retrahit nisi pectoris ardor
Impius:& fului sitis importuna metalli?
Scilicet attonitus fulgenti incumbit aceruo.
Hinc stupor ille oculis:hinc illa obliuio menti:
Sceleſtum atq; animæ:sed quem tibi crimina finem
Promittunt? audi:nam sæpe illustria multum:
Multum animos exempla mouent:in flumine tusco
Pastor auarus erat:quem par sitis impulit:æqui
Fœderis oblitum patrios transcendere saltus:
Occidit is merito:grauis at contagia culpæ
Immeritum parili traxerunt turbine natum.
Infaustumq; gregem innumeris texere sagittis.

Nunquid ſi fidei uel ſi memor ille decoris:
Partius aut ſitiens tanta cum ſtrage ſuorum
Aſſyrias guſtaſſet opes:auriq; ſaporem.
Arthicus hæc torrens:motus pantalia contra:
Si uacat exemplis tempus dare:ſæuus eorum
Paſtor ad euphraten fuerat:cui ſanguine fuſo
Eſſet inhumanũ ſitienti horrenda uoluptas.
Ille ferox ſimiliſq; tui confinia raris
Sæuitia ſtimulante pari:dum deſpicit ampli
Incuſtoditos uiduæ tranſcendit in agros:
Incautumq; neci natum dedit anxia mater.
Omnem continuit fixa ſub mente dolorem:
Euomuitq; ſimul paſtor temerarius ictu
Fœminei mucronis obit:truncuſq; gelato.
Non aurum bibit ore nitens ſed pocula martis:
Concretam ſaniem & tepidum de cæde cruorem.
Ergo age:quando pares exemplis arthicus inſit:
Brachia tentemus:ſuccedant uerbera uerbis.
Quid modo colchorum uolucres orientis odores?
Quid ue gulæ:& uentris irritamenta capacis
Omnia: quod pelago uæhemens echinus: inerſq;
Rumbus:& ornati ſquamis rutilantibus olim
Ferreus aurata quos fixerat hamus arena:
Sub uenetis clam merſus aquis:quod uulnere crebro
Si qua uel hiſpano natat ingens bælua ponto:
Vel libycis iactata uadis:peregrinaq; noſtra
Profuerint? quod palmitibus ſeu dempta phalernis:
Seu ligurum decerpta iugis ardentia uina?
Quæq; ferat gemino tranſmiſit colle ueſeuus
Dolia præcipiti rapidum ſpumantia muſto?
Quæq; dedit meroe ſoli ſubiecta propinquo:
Præterea quod lenta quies:quod mollis in umbra:
Et ſapor & rauci per florea gramina fontes?
Omnia in exitium uertent:& blanda uoluptas
Conficiet bellum:mulier tua ſola iuuare
Te uolet & poterit:ualidum prius ægra leonem
Sternet ouis:prius armigerum philomena tonantis
Vicerat:ille autem quorſum per iurgia tandem?
Quid mecum commune tibi? nil arthicus inquit:
Nil tecum commune mihi:nam iudice fato
Deſtituunt uictum:uictorem cuncta ſequuntur.
Huius in arbitrium non noſtra ſponte uenimus.
Tu cogis:tu iuſticiæ contemptor & æqui.
Quem cæcum fortuna facit:pariterq; ſuperbum.
Quid tua nunc numeras? tumidos quid uoluis ocellos?
Vndiq; uenturos iam iam tibi fingis amicos:
Obſtruxit tua fama uias:in tempore iuſſi
Tum mihi crede aderunt:lentus dum uoce ſub una

Gramine caucaſeo paſtus bibet agnus hyberum.
Hæc dicens mediæ pedibus iam ſtagna paludis
Frangebat:pan contra:aditus & ouilia ſepſit
Vepribus:& fluuio circũdedit antra ſequaci.
Tranſierat:ſubitoq; ingens per rura tumultus
Exoritur:tutũ fateor:meq; inde recepi:
Panaq; turbatum penituſq; per auia liqui
Soliuagum:mox ambigua dum mente reflector:
Heu uictum uinctumq; graui ſine mora catena
Proſpicio:trans ſtagna rapi:non libera cœlo
Brachia:ſed mœſtæ rorantia lumina frontis
Tollentem:ac tales iactantem in nubila quæſtus.
Cernitis hæc ſuperi:ſeu quid nam interuenit umbræ:
Cæca rotat fortuna fidem:regit omnia fatum.
I nunc:in rebus ſpem certam pone ſecundis

Franciſci Petrarchæ Poetæ Oratoriſq; Clariſſimi:Bucolicum Carmẽ:per duodecim Aeglogas diſtinctum:Explicit.

Franciſcus Petrarcha: De Vita Solitaria.

Tractatuũ ac capitulorũ primi libri De Vita solitaria Clarissimi uiri Francisci Petrarchæ Florẽtini poetæ laureati: collecta: ordinata: enũeratiua q̃ Annotatio.

Tractatus primus: pœmialis est: præmittens quædam ad intelligẽtiã eorũ quæ sequũt conferẽtia. Et habet tria capitula.

Ca. I. Docet quid sit necessariũ illis q̃ quietem habere cupiunt.

Ca. II. Est de q̃busdã qui de uitæ solitariæ laudib⁹ scripserunt: & quẽ auctor in hoc opere uelit imitari.

Ca. III. Est de modo tractãdi materiã huius opis: ac distantia int uitam solitariã & uitã in frequẽtia hominũ occupatam.

Tractatus secũdus & executiu⁹ agit de miseriis hois occupati & infœlicis habitatoris urbiũ: ac fœlicitate solitarij: ex actibus utriusq̃. Et habet. viij. capitula.

Ca. I. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij: in somno & surrectione eorũ.

Ca. II. Est de misero occupato: & fœlice solitario cũ diei iam lux aduenit.

Ca. III. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cum prandij tempus instat.

Ca. IIII. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cum finitum est prandium.

Ca. V. Est de exercitijs miseri occupati: & fœlicis solitarij cum meridies adest.

Ca. VI. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cũ abeũte sole uesper accedit.

Ca. VII. Est de misero occupato: & fœlice solitario cum redeũte nocte cœnãdũ est.

Ca. VIII. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij dum eundũ est cubitum.

Tractatus tertius est De diuersitate cõditionũ ipsorũ occupatorũ & pariformiter solitariorum. Et habet quattuor capitula.

Ca. I. Est de tractatorũ epilogo: ac transitu ad miseriã illorũ q̃ alienis negocijs occupant.

Ca. II. Ostendit q̃ q̃q̃ fere oĩs occupatus sit miser: sint tñ aliqui licet pauciſſimi q̃ laudabiliter occupentur.

Ca. III. Est de laude tranquillæ serenitatis animi quæ largitur in solitudine constitutis: Et quomodo animus non possit in diuersas res esse intentus.

Ca. IIII. Declarat quomodo ex periculo pastorum disci possit uitam sollicitã minus esse tutam: Et q̃ ea ratione auctor ipse uitam elegerit solitariam.

Tractat⁹ q̃rt⁹ docet: quæ expediãt eis q̃ uitã solitariã ĩgredi statuerũt. Et habet. x. ca.

Ca. I. Probat q̃ uita solitaria præcipue litterarum ignaris grauior morte: & mortẽ allatura uideatur.

Ca. II. Docet q̃ q̃q̃ optimũ esset ut in iuuentute quisq̃ sibi aliquid rectæ uitæ genus apprehenderet: tamen siquis hoc iuuenis neglexerit: consultum sit ut saltem senex hoc faciat.

Ca. III. Tradit quæ ĩ ordienæ mutãdæq̃ uitæ tenenda sit uia.

Ca. IIII. Est de cõmendatione solitudinis.

Ca. V. Est de quadruplici distinctione uirtutum a Plotino inducta & a Macrobio corroborata.

Ca. VI. Est de delectatione ac dulcedine uitæ solitariæ & spiritali pugna solitariorũ.

Ca. VII. Cõmemorat q̃tũ sit solatiũ q̃ta ue iucũditas p̃ breui solitudine hominũ perpetuã sperare frequentiam angelorũ.

Ca. VIII. Docet q̃ habentes uerũ testem Christum: teste imaginario nõ egeam⁹.

Ca. IX. Est de libertate solitarij & studio mentali.

Ca. X. Ostendit quõ quarũdam artiũ inuentorib⁹ diuini honores attributi sint.

Tractatus quintus est de uitæ solitariæ impugnatorib⁹: q̃busdamq̃ doctrinis ac cõsolationib⁹ solitariorũ. Et habet. v. ca.

Ca. I. Inducit rationes quibus aliqui uitã solitariam reprehendũt.

Ca. II. Affirmat syluas: loca uirẽtia & amnes plurimũ conferre solitarijs.

Ca. III. Interpretat uerba Senecæ quibus solitudinẽ impugnare uidetur.

Ca. IIII. Docet q̃ ijs q̃b⁹ oportuna est solitudo nõ sit suadẽdũ ut amicitiæ iura cõtemnãt: & q̃ turbas nõ amicos fugiant.

Ca. V. Est de singulari gaudio solitariorũ in dimissione temporaliũ.

Tractat⁹ sext⁹ ẽ: De ignorantia: erroribus & stulticia habitatorũ urbiũ ac præseruatione solitariorũ ab istis: eorũdẽq̃ libertate. Et habet. vi. capitula.

Ca. I. Est de tædio ac stulticia occupatorũ & urbiũ habitatorũ.

Ca. II. Est de errore q̃rũdã senũ occupatorũ & urbium habitatorũ.

Ca. III. Est de uoluptuosa imitatione uulgariũ: & uarietate habituũ eorũ qui urbes inhabitant.

Ca. IIII. Est de q̃busdã causis errorũ & tẽporis amissione habitatorũ urbium.

Ca. V. Declarat quõ iucũditas uitæ solitariæ præseruet ab istis malis & tædijs.

Ca. VI. Docet q̃ solitarius debeat regere animũ suum sicut reges regna.

Clariſſimi uiri Franciſci petrarchæ Florentini Poetæ Laureati: in opus ſuum de Vita ſolitaria ad Philippū Cauallicēſem epiſcopum: Prologus.

Aucos homines noui: quibus opuſculorꝝ meorum tanta dignatio tantuſq; ſit amor: quātus tibi fidentiſſime: non uidetur eſſe: ſed eſt: dixerim: Nam neq; de ſincero & niueo candore tui pectoris fictum fucatūue aliquid ſuſpicor: neq; fi-
p ctionem ſi qua eſſet: tamdiu tegi potuiſſe arbitror. Vt enim imortal' ē ueritas: ſic fictio & mendaciū non durāt. Simulata ilico pateſcūt: & magno ſtudio cō-
pta cæſaries uento turbat' exiguo: & operoſe licet impreſſus fucus leui ſudore diluit': & ar-
gutum quoq; mendaciū uero cedit: coramq; preſſius intuente diaphanū eſt: opertū omne detegitur: abeunt umbræ: natiuuſq; rebus color manet: & latere diutius magnus eſt labor: Nemo ſub aquis diu uiuit: erumpat oportet: & frontem quā celabat aperiat. His argumē-
tis inducor ut credam quod ualde cupio. Sum⁹ autem faciles ad credendū quod delectat: Poſſe tibi res meas pater optime placere: quæ ut paucis placeāt elaboro: quando ut uides ſæpe res nouas tracto: duraſq; & rigidas pegrinaſq; ſentētias: & ab omnia moderātis uul-
gi ſenſibus atq; arib⁹ abhorrētes. Si indoctiſ ergo nō placeo: nihil eſt quod querar: habeo quod optaui: bonam de ingenio meo ſpem: Sin uero doctis quoq; non probor: eſt fateor quod doleā: nō q̄ mirer. Nam quis ego: aut quid ē unde mihi in tanta præſertim uarieta-
te iudicioꝝ interblādiar aut arrogem: q̄ nec Marco Tullio præclara illa cœleſtiq; facūdia cōtigiſſe ſcio? Cuius liber de optimo genere dicēdi: deus bone: quale q̄q; ex alto ſumptum opus: q̄ idem in epiſtolis indignant' attigit: Marco Bruto: ad quem & cuius precibus ſcri-
ptus erat: erudito uiro licet & amico ſcribentis non probatur. Vt grauiora præteream: quæ ab illuſtribus quidem longe tamen imparibus oratoribus: tantus ille uir patitur: Aſinio utroq; & Caluo: qui eloquētiæ principi libertate nimia inſultant: & quæ cæteri mortalium mirantur ueneranturq;: cōdemnāt. Quis recuſet igitur ſtili crimē ſibi commune cum Tul-
lio? Q̄q; mihi quidem apud te nullus talis eſt metus: ut ſane prober ego ſeu placeam tibi: non meriti mei eſt: ſed uel ingenioꝝ ſimilitudo forte aliqua: uel q̄ potiuſ credo & propius uero eſt: facit hoc ſingularis quidam & eximius amor tuus: non paruus hoſtis recti iudicij. Quis enī ualde amans rite iudicat? Si cernere rectum & diſcernere poſſet amor: cæcum cur finxiſſet antiquitas? At nō ut cæcus: ſic & mutus: ſed pſuaſoꝝ optimuſ: oſtendit alijs quod non uidet: ſæpe etiam quod non ē. Magna patris indulgētia nil ſibi non permittit: parcit fi-
lij defectib⁹: ſæpe etiam delectat' utcunq; eſt. Si quidem in hoc erras: gaudeo: neq; hunc er-
rorem excidere tibi unq; poſſe uelim: glorioſū mihi: tibi delectabile: damnoſum nulli. Sin fortaſſe non erras: quod opto quidem potius q̄ ſpero: quid ni magis magiſq; gaudeam ac gratuler: & ipſe mihi tali ſim charior, pbatiorq; iudicio? In dubijs nōne iniquuſ ocij mei di-
ſtributor fuerim: niſi rationē habeam illiuſ: quem primū ſtili atq; ingenij miratorē habeo? Profecto autem magnus teſtis Cato ille ſenior: nō minus ocij q̄ negocij rationē claris atq; magnis ingenijs habendam eſſe in primordio ſuarū ſcripſit originū. Quod dictum cū mul-
tis placuiſſe uideam doctis uiris: tamē præcipue Cicero noſter amplectit': magnificumq; ſi-
bi ſemper ac præclarū uiſum eſſe: in ea qua Plantiū defendit oratione teſtat'. Id mihi quoq; ſi uel pro ingenij mediocritate uel pro non mediocri gloriæ cupiditate: ſi tamē hanc nōdum freno animi ac ratione perdomui: puidendū eſt quid primū præſtare nitar: niſi ut ſicut ego a negocijs: ſic ab ocio modo procul abſit inertia. Et ſi q̄d forte manſurū ſcripſero: his potiſ-
ſimū inſcribam: quorū gloriæ quadam uelut participatiōe clareſcere tenebriſq; reſiſtere ua-
leam: quas mihi tempoꝝ fuſca, pfunditas & nominū cōſumptrix illuſtriū obliuioſa poſte-
ritas intentant. Quid uerſanti animo ſæpe equidem tuū nomen occurrit: & uſq; adeo ful-
gidum in ſe: atq; ita de me meritum: ut ſeu præclara ſeu mihi chara complectar: præteriri ſine graui quadam non poſſit iniuria: Accedit quod ex more inſtitutoq; meo ueteri nunc in rure tuo poſitus: ut frugū cæteri: ſic ego tibi decimaſ ocij debere uideor primitiaſq; uigilia-
rum. Itaq; quot annis plus minuſue pro ingenij ubertate uel ſterilitate annua pſoluere ali-
quid eſt animus: quo uelut unus e colonis tuis: his ſaltem fructibus quos agellus meus fert: agnoſcere intelligar bonam fidem. Et ſi probe norim nil ſilētio tutius: his quibus ob-
trectantiū linguas euadere cura eſt: quod ipſe mecū reputans: ſæpe animū fateor: ſæpe ca-
lamū freno: ſæpe multa pauens moneo: neu me prodant obſecro: neue ultro non ſtili tātū

sed quod pergraue est: morũ quoq; nostrorũ chirographum cõtra nos ꝓmant: forte etiam ad absentes ac posteros peruenturum. Qualis enim sermo fuerit: talis uita censebit̃: quando rerũ sublatis iudicijs: sola uerboꝝ supererũt argumẽta. Quid multa? Persuasissem forsitan ut & sibi & mihi & famæ nr̃æ parcerent: nisi qa ut aiunt: iam neq; res integra neq; silentio liberum est latere. Iam noscimur: legimur: iudicamur: Iamq; hominũ uoces euadẽdi celandiq; ingenium nulla spes: & seu prodeuntibus in publicũ: seu domi sedentibus apparendum est. ¶ Quid uero nunc prius ex me speres: q̃ quod & in ore & in corde semper habui: & ipse qui modo sub oculis est locus hortatur: solitariæ scilicet ociosæq; uitæ præconium: quam cum sæpe olim solus: tũ præcipue nuper mecum breui qdem: nec nisi dierum qndecim spacio degustasti? Mecum inq̃: Q̃uis enĩ ego assidue tecum essem: tu tamen huc non nisi mei causa te ueniisse: neq; nisi propter me manere: sæpe tam reb⁹ ipsis q̃ sermone profesus ostẽdisti: qui mecum tuus est mos: q̃ta sit in exæquadis imparibus uis amoris. Q̃obrẽ ꝓsuadere tibi perfacile fuerit: qd̃ tacito me noscis expert⁹. Idem si probare uulgo uelim: frustra nitar: nec uulgo tantum inscio: sed multis quoq; qui sibi litteratissimi uidẽtur fortasse etiam nec falluntur. Sed copia litterarum non semper modestum pectus inhabitat: & sæpe inter linguam & animũ: inter doctrinam & uitam concertatio magna est. De his autem loquor: qui litteris impediti & onerati potius q̃ ornati: rem pulcherrimã scire turpissimis moribus miscuerunt: tanta animi uanitate: ut scholas nunq̃ uidisse multo melius fuerit: q hoc unũ ibi didicerũt: superbiæ & litteraꝝ fiducia uaniores esse cunctis hominib⁹: qui quieturũ libenter Aristotelẽ uentilantes per compita: cuneatim uulgo mirante prætereũt: quiq; uicis atq; porticibus effusi numerant turres: equosq; & quadrigas: qui platæas & mœnia metiũtur: fœmineoq; inhiantes ornatui: quo nihil est fugaci⁹: nihil inanius: obstupescũt: neq; solum in uiuis: sed & in marmoreis hærent imaginibus: & ceu collocuturi subsistunt: attoniti occursibus: statuarum quæq; nouissima pars insaniæ est: turbis & strepitu delectant̃. Hi sũt qui q̃si tritam uenalemq; supellectilẽ tota urbe circũferũt: stulticiam litteratam: Hi sunt solitudinis inimici: sed & propriæ dom⁹ hostes: quos primo mane digressos: ad inuisum limẽ uespera uix tandem reuehit: Hi sunt quibus in prouerbiũ uenit: Bella res est gẽtes uidere: cũ hominibus conuersari. Melius equidem uidere rupes ac nemora: uersari cum ursis ac tigribus. Neq; enim uile tantũmodo fœdumq;: Sed quod inuitus dico: quodq; utinam nõ tam late notum experientia fecisset assiduæq; faceret: pernicioſum quoq; & uarium & infidum & anceps & ferox & cruentum animal est homo: nisi qubd rarum dei munus est: humanitatem induere feritatemq; deponere: deniq; nisi de homĩe uir esse didicerit. Quod si hos ipsos interroges: cur tam cupide cũ alijs semp sint: si uerũ loq uolent: nil aliud respõdebunt: nisi qa secũ esse non possũt: De quo suo loco plura fortasse dictur⁹ sim: hoc unũ modo dixerim: Alte radicatos errores non facile uerbis extirpari. Et ne quicq̃ suaderi aliquid: quibus persuaderi nunq̃ possit: neq; enim perdere uerba leue esse silentij auidis: Itaq; desinant opinionibus ueris obstrepere. Nam neq; me talibus loqui: neq; magnifacere: quonam ista supercilio lecturi sint: quæ utiq; non sibi sed longe alijs ingenijs scripta sunt. Et hæc quidem illis: Tibi uero pater amabilis: ut dixi: persuasore sollicito nõ est opus: cui persuadere contrariũ posset nemo: cuiq; iam pridem conuulsis erroribus: sententiæ ueriores medullis ac præcordijs inhæserunt. Et tamẽ ut rem certam loquendo: non certiorem tibi: sed clariorem faciã: amatorem uitæ huius Christum inuocãs: ac paucorum dum id explicem dierum inducias petens: ab alijs maioribus & antiquioribus curis meis: quæ me obsident atq; circũsonant: conceptum opus aggrediar. Tu cum tuis par ut fœdus ineas quæso: & maximis interim rebus abstractum mihi animũ accõmodes: Non semper exquisitissima delectant: sed interdũ ut diuitibus ciborum: sic sapientibus studiorum uicissitudo gratissima est. Adesto igit̃: audies quid mihi de toto hoc solitario uitæ genere cogitanti uideri soleat: pauca quidẽ ex multis: sed in quibus paruo uelut in speculo totum animi mei habitum: totam frontem serenæ tranquillæq; mentis aspicias.

Tractatus: I. Ca. I. II. III.

Franciſci Petrarchæ Clariſſimi Poetæ Laureati: de Vita ſolitaria ad Philippum Cauallicenſem epiſcopum: Liber primus de Multipli ci differentia inter uitam habitatorũ urbiũ & ſolitariorũ: præeminẽ/ tiaq3 uitæ ſolitariæ: Fœliciter incipit.

Tractatus Primus: Procœmialis: præmittẽs quædam ad intelligentiã eorum quæ ſequuntur conferentia.

Quid neceſſariũ ſit illis qui quietem habere cupiũt: Capitulum I.

Redo ego generoſum animũ: præter deum ubi finis eſt noſter: præt ſe/ A
ipſum & arcanas curas ſuas: aut præt aliquem multa ſimilitudine ſi/
c bi coniũctum: animũ nuſq; acquieſcere. Et ſi enim uoluptas tenaciſſi/
mo uiſco illita: & blãdis ac dulcib9 plena ſit laqueis: fortes tamẽ circa
terrã alas detinere diuti9 non poteſt. Atqui ſiue deum ſiue noſipſos &
honeſta ſtudia: quib9 utrũq; conſeqmur: ſiue conformẽ nobis quæri/
mus animũ: a turbis hominũ urbiumq; turbinib9 q̃ longiſſime rece/
dendũ eſt. Id ſic eſſe ut dico: illi ipſi etiam forte non negent qui cõcurſu populi mulcen/
tur: ac murmure ſi modo ita obruti depreſſiq; falſis opinionib9 nõ ſunt: quin interdum
ad ſeipſos redeãt: ſeq; ad excelſam ueri ſemitã uel reptãdo cõuertãt. Qđ utinã non tam
multis accideret: & ut agri multarũq; rerum uiliũ: ſic ſaltem excolendi animi mortalib9
cura foret. Vt enĩ pinguis ager ſentib9: ſic human9 anim9 abũdat errorib9: quib9 niſi di/
ligenť euulſi erũt: niſi uterq; iugi ſtudio ac labore purgabiť: utriuſq; ſimiliť in ipſo flo/
re fruct9 extinguiť. Sed nõ canim9 ſurdis: De his ergo alĳ ut libet: q̃q̃ facile conſenſu/ B
ros uero eruditoꝝ animos atq; ora confidã. Qđ ſi oẽs negẽt: tu mihi ſaltẽ non negabiſ:
nempe qui negantẽ prim9 argueres. Sic eueniet: ut & tu in uerbis meis tuã ſententiã ag/
noſcas: & ego ſupremã metham cuiuſlibet eloquentis attigiſſe uidear: auditoris animũ
mouiſſe quo uolui: Idq; nullo negocio. Tũc enĩ ſuadenti magn9 eſt labor: qñ in ſuã ſen/
tentiã trahere nitiť animũ reluctantẽ. Cõtra: qd difficile habet oratio in illius aures uẽ/
tura: qui qđ audit ſecum conferẽs: non exẽpli imaginẽ: non auctoritatis pondus: nõ ra/
tionis aculeũ ut credat: nihil deniq; niſi ſuĳpſi9 teſtimoniũ quærit: & tacit9 dicit: ita eſt.

De quibuſdam qui de uitæ ſolitariæ laudibus ſcripſerunt: & quem auctor in hoc opere uelit imitari: Ca. II.

Cio quidẽ ſanctos quoſdã uiros multa hinc ſcripſiſſe: Noĩatim uero magn9 ille
ſ Baſili9: librũ paruũ de ſolitariæ uitæ laudib9 inſcripſit: de quo præt titulũ nihil A
teneo. Et q̃ illum in quibuſdã uetuſtiſſimis codicibus: ſic interdũ Petri damiani
opuſculiſ inſertũ uidi: ut dubiũ me fecerit an Baſilĳ eſſet an Petri. In hoc autem tractatu
magna ex parte ſoli9 expientiæ ducatũ habui: nec alium ducem quærens: nec oblatum
admiſſur9: liberiore quidem greſſu: q̃q̃ fortaſſis incauti9 ſequor animũ meũ q̃ aliena
ueſtigia. Plura ergo audies ab his qui uel plura ſũt expti: uel ab exptis acceperũt: A me
nũc audies quod occurrit ex tempe. Neq; enĩ magno ſtudio incubui: neq; id neceſſe rat9 B
ſum: aut alŝ haud defuturã uerit9 materiã: de re uberrima ſcribẽti: qđ ad ſupficiẽ ſaltem
ei9 attinet: ſæpe mihi hacten9 agitata multimode familiariť q̃ notiſſima. Non excuſſi li/
bros igitur: neq; magnope ſtilũ compſi: ſciẽs me illũ alloqui cui uĺ impexus placeo: Sed
ſentẽtĳs ueris atq; cõmunib9 & ſermone domeſtico cõtent9: partim e medio uitæ huius:
partim ex alteri9 recẽti memoria quæ legis elicui: Quoꝝ te ante alios teſtẽ uoco: nõ diſ/
ſimulãs inter multa: quib9 ualde me uolentẽ cogis: ut te diligã: Illud eſſe nõ ultimum q̃
amore ſolitudĩs: & huic cõiũcto libertatis ſtudio: uicinã tibi nũc & ꝑpe cõtiguã Roma/
nam quã uocãt curiã fugis: ubi non mediocrẽ forte hodie ſortireris gradũ: ſi q̃ tũ ſolitu/
do tibi ſemper angelica: tantũ tumult9 ille tartare9 placuiſſet.

De modo tractandi materiam huius operis: ac diſtantia inter uitam ſolitariã & uitam in frequentia hominũ occupatã: Ca. III.

Iſus aũt ſum mihi facillime fœlicitatẽ ſolitudĩs oſtẽſur9: ſi ſimul frequẽtiæ dolores
u miſeriaſq; monſtrauero: ꝑcurrẽs actus hominũ: quos uel hæc uita pacifícos atq; A
trãquillos: uel ílla turbidos atq; ſo,llicitos & anhelãtes habet. Vnũ enĩ eſt his oĩ-

bus fundamentū:hanc uitam læto ocio:illam triſti negocio incumbere. Qđ ſi quādo forte conuulſum caſus aliquis: aut naturæ fortunæq; uis oſtenderit: q̄uis id perrarum & uelut inter portenta numerādū ſit:tamen ſi accidat mutare ſententiā non pudebit: & iucundam ocioſamq; frequentiā ſolitudini mœſtæ ac ſollicitæ præferre non metuam. Neq; enī ſolitudinis ſolum nomen:ſed quæ ī ſolitudine bona ſunt laudo. Nec me tam uacui receſſus & ſilentium delectant:q̄; quæ in his habitant ocium & libertas. Neq; adeo inhumanus ſum ut homīes oderim:quos edicto cæleſti diligere iubeor ut meipſum:ſed peccata hominū:& imprimis mea:atq; in populis habitātes curas & ſollicitudines mœſtas odi. De quibus omnibus(ni fallor) ſignificantiꝰ agetur: ſi non quicqd ad hanc aut ad illam partem dici poſſe uidebit̄: ſeorſum explicuero:Sed utrūq; miſcuero:nunc hoc:nunc illud attingens:ut uiciſſim huc illuc flectatur animꝰ:& alterno uelut oculorum flexu:ad læuam dextramq; reſpiciens: facile iudicet:quid inter res diuerſiſſimas iuxta ſe poſitas interſit. Conſulto autē amariora præmiſi:quo dulciora ſubnecterē:& ſuauior guſtꝰ extremus:ubi nam deſinendū eſſet: ipſū animū admoneret.

Tractatus Secūdus executiuus: De Miſeriis hominis occupati & infœlicis habitatoris urbium:ac fœlicitate ſolitariī:ex actibꝰ utriuſq;.

De Miſeria occupati:ac fœlicitate ſolitariī:ī ſōno & ſurrectiōe eoꝝ: Ca. I.

Ed qd opus eſt multis? Agamus ipſam rem:& qđ ꝓmittimꝰ ꝓſoluamꝰ: Duos homines cōtrariis moribꝰ:quos tibi deſcribam:ante tuæ mentis oculos pone. Et qđ in illis uides:in cunctis exiſtima.

De miſeria occupati.

Vrgit occupatus infœlix habitator urbium nocte media:ſomno uel ſuis curis uel clientiū uocibꝰ interrupto: Sæpe etiam lucis metu:ſæpe nocturni ſuiſis exterritus:mox infœlici ſcamno corpus applicat:animū mendaciis:in illis eſt totus: ſeu ille mercibus precium facere:ſeu ſociū:ſeu pupillū fallere: ſeu uicini cōiugem pudicitia armatam expugnare blaudiciis:ſeu litigio iniuſto iuſticiæ uelum fando prætendere:ſeu deniq; publici priuatiq; aliqd corrūpe meditaī:Nūc ira præceps:nūc ardēs deſiderio: nūc deſperatiōe gelatꝰ. Ita peſſimꝰ artifex ante lucem diurni telam negocij orditur:qua ſeſe atq; alios īuoluat.

De fœlicitate ſolitariī.

Vrgit ſolitarius atq; ocioſus fœlix:modica quiete recreatus:ſomnoq; breui:non fracto:ſed expleto:& interdū pernoctantis philomenæ cantibus exprectus:thoroq; uix dū leniter excuſſus:pulſiſq; corporibꝰ:quietis horis pſallere incipiēs:Ianitorē labiorꝝ ſuorum:ut egreſſuris inde matutinis laudibus aperiat deuotus expoſcit: & cordis ſui domi num in adiutoriū ſuū uocat:nihilq; iam uiribus ſuis fidens:& īminentiū conſcius:metuenſq; diſcriminū: ut feſtinet obſecrat: Nullis texendis fraudibꝰ intentus: ſed dei gloriā & ſanctorꝝ laudes:non indies tantū: ſed in horas:& indefeſſo linguæ famulatu: & pio mentis obſequio repetens:nequando forſitan ingrato animo diuinorꝝ munerꝝ memoria euaneſcat. Et ſæpe interea(mirū dictu)ſecuri timoris ac trepidæ ſpei plenus:memorq; præteriti ac futuri prouidens: læto dolore & fœlicibus lachrymis abundat. Quem ſtatum nulla uoluptas occupatorꝝ: nullæ unq; urbanæ delitiæ: nulli regnorum faſtus æquauerint. Inde ſuſpiciens cælum ac ſtellas: & illic habitantē dominū deum ſuum tota mente ſuſpirans: & patriam cogitās:de exiliī ſui loco protinus ad honeſtæ cuiſpiam iucūdæq; lectionis ſtudium cōuertiī:Atq; ita cibis paſtus amœniſſimis:multa cum pace animi uenturæ lucis initium præſtolatur.

De Miſero occupato:& fœlice ſolitario cū diei iam lux aduenit: Ca. II.

Iuerſis uotis expectata lux adeſt. ¶ Ille uel hoſtibꝰ uel amicis limē obſeſſū habet: ſalutaī: poſciī:attrahiī:trudiī:arguiī:laceraī. ¶ Huic uacuū limē & libertas ī limine: manēdi ſcz eundiq; quocūq; fert animꝰ. ¶ Vadit ille mœſtus in forū plenꝰ querelarū:plenuſq; negociorꝝ:& īmitis diei primordiū alitibꝰ auſpicaī. ¶ Vadit iſte alacer in uicinā ſyluā:plenꝰ ociī:plenuſq; ſilentiī: & cū gaudio fauſtū limē ſerenæ lucis ingreditur. ¶ Ille ut ad potētū ſuꝑba palacia:ſiue ad formidata iudicū ſubſellia uentū eſt: ueris falſa ꝓmiſcēs:aut iuſticiā premit inſontis:aut nocentis rei paſcit audaciā: aut prorſus aliquid uel in propriū dedecus uel in alienā perniciem moliī: mordente animū conſcientia:ſæpe metu etiam uerba rumpēte:& ſæpe uera pro mendaciis:uerba ꝓ uerbis referens: plenuſq; ruboris aut palloris: ſeq; uiciſſim increpitans q̄ non potius deſerti famem: q̄; diſerti famā cōcupierit: & arator q̄; orator eſſe maluerit. Raptim infecto negocio domū redit:& turpibꝰ latebris nō magis hoſtiū q̄; clientiū ſuorꝝ ſe furaī aſpectibꝰ. ¶ Iſte ubi pri-

mũ floreũ ſedile: ſalubrẽq; nactus collem cõſtitit: iubare iamq; ſolis exorto: in diurnas dei laudeſ: pio lætus ore ꝓrũpens: eoq; ſuaui⁹ ſi deuotis forte ſuſpiriſ lene murmur ꝓni gurgitis: aut dulces auiũ cõcinãt querelæ: īnocẽtiã imprimis linguæ frenũ litis neſciũ: uiſus tegmen uanitatib⁹ obiectũ: puritatẽ cordis: uæcordiæ abſentiã: & domitricẽ carniſ abſtinẽtiam deprecaꝫ. Nec multo poſt: tertiſ in laudib⁹: tertiã in trinitate ꝑſonã ueneraꝫ & ſancti ſpũs poſcit aduentũ: linguã quoq; & mentẽ cõfeſſiõe ꝑſonantẽ ſalutifera: & charitatẽ cœlico igne flãmantẽ ac proximos accẽſurã. Quæ ſi deuote poſtulat: iam habet multum hoc mentis ardore q̃; quolibet auri ſeu gẽmarũ ſplendore fœlicior. Inde autem pedetẽtim ſua releganſ ueſtigia: ſcandẽte iam in altũ: & qui mane nouũ illuſtrauerat: meridiẽ accedẽte ſolis radio: nil poti⁹ q̃; extingui flãmas litiũ: quas certatim flatu & fomẽtis alter ſuſcitat: & q̃ ille cupide periuriꝫ: hic omnẽ malarũ cupidinũ calorem noxiũ auferri flagitat. Deniq; qđ unũ poeta Satyricus ſine periculo poſci docet: In corꝑe ſano mentẽ ſanam orat. Quis horũ oro hacten⁹ horas ſuas expendit honeſtius? B

De miſeria occupati: ac fœlicitate ſolitariſ cũ prãdiſ temp⁹ inſtat: Ca. III.

Enit prandiſ temp⁹: Ille ſub ingenti & ruinã minitãte aula componiꝫ puluinarib⁹ obrutus ſepultuſq; reboant uariſis tecta clamorib⁹. Circũſtãt canes aulici mureſq; domeſtici: Certatim adulatorꝫ circũfuſa acies obſeqꝫ: & corroſorꝫ turba familiariũ confuſo ſtrepitu menſam inſtruit. Verriꝫ putre ſolum & fœdo puluere cuncta compleꝫ: Volat atriſs argentũ auro infectũ: & pocula cauis gemmiſ expræſſa. Scamnũ ſerico ueſtiꝫ: oſtro paries: terra tapetib⁹: dũ ſeruorꝫ nuda īterim cohors tremit. Inſtructa acie daꝫ tãdẽ lituo ſignũ pugnæ. Coquinæ duces aulæ ducib⁹ concurrũt: Ingens fragor exoriꝫ: Conuehũtur terra mariq; conq̃ſitæ epulæ: & uina priſcis calcata conſulib⁹. Ardent rutilo in auro noſtræ graiæq; uindemiæ: uno ī ſcypho gnoſos & meroe: ueſuui⁹ phalernuſq; miſcẽꝫ: ſurrhentiniq; colles & calabri. Nec ſatis ẽ niſi bacchus auſonius uel hybleo melle uel eoe ſucco medicat⁹ arũdinis bacciſq; nigrantib⁹ odorat⁹ naturã arte mutauerit. Parte alia par diuerſi generiſ pompa conſpiciꝫ: Feræ horribiles: piſceſ incogniti: uolucreſ inauditæ puluere precioſo oblitæ & oblitæ ueteris patriæ: quædã uoce teſtanteſ originẽ nomẽq; iam ſolũ de phaſide retinentes. Fumãt ipſis edentib⁹ ſtupẽda fercula: & omẽ coquorꝫ paſſa ludibriũ: quæ ſi qs ualde licet eſuriens cernat: q̃; fœde q̃; to q; ſint coagulata lenocinio: ſolo ſpectaculo ſatur abſcedat. Ita mixta uidebit inuicemq; certantia noſtra exteris: marina terreſtrib⁹: nigra candidis: acria dulcib⁹: hirſuta pẽnatis: mãſueta ferocib⁹: & quaſi Ouidianũ chaos illud antiquũ renouatũ atq; in anguſtias ſit coactũ: non ſolum corꝑe ī uno: ſed ī una parapſide. Frigida pugnabũt calidis: humẽtia ſiccis: mollia cũ duris: ſine pondere habẽtia pondus. Sub hac tãta colluuie diuerſarũ ſimul & aduerſarũ rerum: ſub tot croceis atq; atris liuentibuſq; pulmentis: ſuſpectum nõ īmerito uenenũ ſedulus præguſtator explorat: quin & aduerſus cæcas inſidias aliud remediſ genus inuentũ eſt: Inter uina dapeſq; liuida ſerpẽtũ cornua ꝓminent: aureis inſita ſollerter arbuſtulis: & quaſi uoluptaria ex arte cõtra mortẽ miſeri mira res ipſa mors excubat. Ille aut ſedet obducta fronte: grauib⁹ oculis: ſupcilio umbroſo: rugoſa nare: geniſq; pallentib⁹: ægre uiſcoſa labra diglutinãs: uix caput attollẽs fulgoribuſq; & odoribus attonit⁹ ubi ſit neſcit: ueſptina tumẽs crapula: & matutini negociſ cõfuſus euentu: futuriſq; iam fallacijs intentus: quo ſe uertat: aut quid agat: ſudet: olet: ructat: oſcitat: ſingula morſitans: uniuerſa faſtidiens. A

De miſera occupati.

Ste uero uel paucis uel uno uel nullo famulo contẽtus: heſterno ſobrius uegetuſq; ieiunio: modeſto ſub lare mũdam mẽſam: nulla re magiſ q̃; ſua præſentia exornat: ꝓ tumultu requiẽ: pro ſtrepitu ſilentiũ habet: pro multitudine ſeipſum: Ipſe ſibi comes: ipſe ſibi fabulator ac cõuiua eſt: Nec metuit ſolus eſſe dum ſecum eſt: pro auleis nudus paries exagreſti cemẽto: pro ſolio eburneo quercus eſt ſibi uel fagus pura uel abies. Cœlũ ſpectare non aurũ: terram amat calcare nõ purpurã. Fidicen gratus & aſſidẽti cõſurgẽtiq; dulciſſim⁹ cantus ẽ Bñdictio & gr̃arũactio. Villicus ſi res poſcat: pincerna: coqu⁹ & uerna eſt: quicqd is appoſuit: hic æq̃nimitate & modeſtia precioſum facit. Cibũ oẽm peregrinis ſyluis aut littorib⁹ aduectũ: oẽm potũ ligurũ atq; picentiũ collibus expreſſum dicas. Ea frons ẽ: iſq; anim⁹ utẽtis: ſic in deũ: inq; hoĩes gratus: ſic cõmunib⁹ inemptiſq; lætus dapib⁹: nõ tãtũ ut Maroneus ille ſeniculus regũ opes æquat animo: ſed trãſcẽdit. Nulli penitus inuidet: nullũ odit: ſorte cõtent⁹ ſua: & fortunæ iniurijs inacceſſus: nihil metuit: nihil cupit. Scit non ſpargi uenena fictilib⁹: Scit uitæ hominũ pauca ſufficere: & ſũmas ue- B C D E

raſcꝫ diuitias nil optare: ſummũ impiũ nil timere: lætũ agit atcꝫ trãquillũ æuũ: placidas noctes: ocioſos dies & ſecura cõuiuia. It liber: ſedet intrepiduſ: nullas ſtruit aut cauet inſidias: Scit ſe amari & nõ ſua: Scit mortẽ ſuã nulli utilẽ: nulli dãnoſam uitam. Necꝫ multũ itereſſe arbitraꝛ cꝫ diu: ſed cꝫ bene uiuat: Nec ubi aut qñ moriaꝛ magni extimat: ſed qualiter. In id unũ ſummo ſtudio intentuſ: ut bñ actam uitæ fabulam pulchro fine cõcludat.

De Miſeria occupati: ac fœlicitate ſolitarij cũ finitũ eſt prãdiũ: Ca. IIII.

A 1 Abitur ſenſim dies & fugiũt horæ: ac iam prãdio finis eſt: Turbãt illũ familiaris exercitus hoſteſcꝫ collaterales & ruina mẽſarũ & hominũ uaſorumcꝫ colliſio: Et ebrioꝝ iocis tecta mugiũt & querimonijs fameſcentũ. Habet enĩ nõ ultimũ hoc malũ mẽſa diuitũ: iniquiſſima ẽ. Itacꝫ hic fameſ: hic nauſea: temperies nuſcꝫ: Aulæ quidẽ inſuauis odor: inamœnꝰ color: iter incertũ: ſolum omne falſamẽtis effuſis latæ olidũ cruentũcꝫ. Idem & uino lubricũ & fumo nubilũ & ſpumis horridũ & aſpergine tepidum & adipe tabidũ & oſſibꝰ albicãs & ſanguine rutilũ. Denicꝫ: ut uerbo utar Ambroſij: nõ coquam: ſed carnificinã dicas. Et licet ut maioribꝰ placet: a parãdo prãdiũ quaſi parandium dictũ ſit: qđ bellatores ad prœliũ paret: nõ parari tamẽ aliquid ſed fieri uerecꝫ prœlium ibi geſtũ putes eſſe nõ prandiũ: Ita dux ſaucius ac tremẽs: ita mero ꝓcuſſi omẽs nutãteſcꝫ abeũt: mẽſa ꝓ acie fuerit: ꝓ blãdo & fallaci hoſte uoluptas: cubilia ꝓ ſepulchris: conſciẽtia ꝓ inferno.

B a Thuic noſtro diuerſa oĩa: Angeloꝝ aula cõuiuijs cꝫ hominũ aptior: odor colorcꝫ optimꝰ: index moꝝ teſtiſcꝫ modeſtiæ: Mẽſa pacifica: luxus actus multus neſcia: gulæ domitrix: expers ĩmũditiæ: ubi gaudia inhabitẽt: unde uoluptas fœda exulet: ubi ſit regina ſobrietas. Cubile caſtũ & qetũ: cõſciẽtia paradiſus. ℂ Surgit ille igitur uel ebrius, uel indignus: Iſte tranquillus & ſobrius. ℂ Ille de morbo dubius ac paruens: Iſte frugalitatis ſibi cõſciꝰ omniũcꝫ qbꝰ hũanũ corpus ſubiacet ſecurus. ℂ Ille uel iraſcit uel ludit: Hic utrũcꝫ declinãs deo gr̃as agit. ℂ Tota dehĩc illi dies int luxuriã ſomnumcꝫ & curas anxias & dura negocia dilabit: Huic inter laudes dei & liberalia ſtudia & nouarũ inuentionẽ rerũ ac ueterũ memoriã & neceſſariã quietem & honeſta ſolacia nihil aut modicum perit.

De Exercitꝰs miſeri occupati: & fœlicis ſolitarij cũ meridies adeſt: Ca. V.

A i Am cœli mediũ ſol tenet: qñ ille æſtuat: angit: accelerat: oĩa fallaciarũ machinamẽta cõgeminat: ne qd ei per ſegnicie illa luce depereat: ne ue ullus torpor mali cõſilij fœcundã animã optatis fruſtret effectibꝰ: ut latentes doli ante crepuſculũ erũpant: Eſt enĩ hoc fere malis conatibꝰ adiunctũ: ut præcipites etiam ſint: Iniqua mens impatiens eſt moræ: quicquid optauerit differri uel momẽto tempis ægrefert. Necꝫ ſoli auariciæ cõuenit illud ſatyricũ: Diues qui fieri uult & cito uult fieri: habet hoc cõmune cupiditas indiuiſumcꝫ cũ ſororibꝰ ſuis ira & libidine: Quæ patre cõceptucꝫ tartareo æditæ: cõfuſionẽ & præcipitiũ & horrorẽ & naturã ꝓpriæ originis non dediſcunt. Hæ ſũt enĩ furiæ: quas non ĩmerito Acherontis ac noctis filias poetæ dixerũt: cꝫ ignorãtiæ tenebras pœnitentiæcꝫ materiã ſecũ ferant. Et hæ quidẽ inferni unde ortas ꝓhibent: necnon & ciuitatum incolæ occupatorũcꝫ pediſſequæ ſtimulis ſemꝑ ardentibꝰ: cæcũ atcꝫ trãſuerſum animum exagitãt: ut qđ peſſimũ inſtituit: primũ expleat: ne qd forte cũctando reſipiſcentiæ ſanæcꝫ mentis obrepat. Nulli equidẽ uitio frenũ placet: & ut honeſtati grauitas atcꝫ maturitas: ſic cõſilijs inhoneſtis incõſulta ſemꝑ amica celeritas.

B c Ontra autem hic noſter: nil præpropere: ſed fugientis tẽꝑis curſum uidẽs: & cupiens illic eſſe ubi ſine fluxu tempoꝝ ac ſine metu mortis degitur: Iterũ uerſus in preces: non unius tantũ lucis: ſed totius æui clarã ueſperã & nuncꝫ occidẽtis uitæ gloriã: eamcꝫ nõ ſuo merito: ſed ſacræ chriſti mortis poſcit ĩ præmiũ: ſciens plus eſſe cꝫ qđ hoĩ debeaꝛ: niſi temporalis illa mors peccatũ hãbẽtis tantæ eſſet efficaciæ: ut de natura mortalibus peccatocꝫ iam mortuis facere poſſet æternoſ. Nec ita multo poſt: labentem cœlo diem ſecꝫ ſimul collabentẽ humi: cogitãs: tetrãcꝫ caliginẽ illabẽtẽ terris præuidẽs: ſupni lumis poſcit auxiliũ. Et ſeu ne mens ſuoꝝ criminũ præſſa ponderibus cœlo exulet: cũ lachrymiſ precaꝛ: ſeu fidei puram lucem: ſeu mẽtis aduſtæ refrigeriũ: abſterſionẽ ſordidæ: eliſæ ſuſtentaculũ: litigioſæ pacẽ flagitat: matutinocꝫ laudũ carmini ueſꝑtinas preces: & laudes de inexhauſto pietatis fonte continuat.

De Miſeria occupati: ac fœlicitate ſolitarij cum abeunte ſole ueſper accedit:

Ogitur ille iterũ abeũte iam ſole: tecto egredi: urbem luſtrare: cœnũ terere: cõcur- A
c ſare obuijs: ſudare: laborare: anhelare: æſtuare. Cunq; in oẽs ſeſe formas fraudum
uerterit: oẽs laqueos ingenijq; nodos explicuerit: ſero tandẽ feſſus rediẽs: & multũ
de artificio ſuo quæſtus: bonæ famæ puræq; cõſcientiæ nihil oĩno: auri forte aliquid: pluri-
i Ste uel apricum fontẽ uel herboſam ripam (mũ ſceleris atq; odij domũ refert. B
uel æquoreũ litus adit: gaudẽs diem illũ ſine dedecore trãſiuiſſe: & lucis ante termi-
nũ: aduerſus ſecuturæ noctis pericula doloſq; & inſidias ac rabiẽ leonino more rugientis
aduerſarij: uigilẽ ſobrietatẽ atq; orationis & fidei clypeũ: aduerſus ſomnia pollutionẽq;
& nocturna phantaſmata: excubare ſibi ſolitã clæmẽtiã ſui creatoris implorat: atq; in ma-
nus eiꝰ cõmẽdato ſpiritu: & angelis ſuis ad habitaculi ꝓprij cuſtodiã inuocatis: ſeſe in do-
mũ ſuam recipit: ut nihil iniuſti quæſtus: ſic nil malæ cupidinis: multũ uero decore laudiſ
ꝓ defũctis orat. ¶ Ille matrũ ac ỽginũ pudicitiã attẽptat: Hic ỽginẽ matrẽ officioſiſſime
ueneraẽ. ¶ Deniq; ille martyres facit: Hic celebrat. ¶ Ille ſanctos ꝓſeq̃: Hic honorat.

De Miſero occupato: & fœlice ſolitario cũ redeũte nocte cœnãdũ eſt: Ca. VII.

Cce redit nox: Ille redit ad crapulã: pompa ingens: ante retroq; longũ agmẽ: Viui A
e hoĩs funꝰ putes: Præcedũt funeralia & tibiæ: ne qd deſit exequijs: Et ſumptuoſiſ-
ſimũ cadauer: pfuſum charis odoribꝰ: rurſus inter puluinaria ſepeliẽ: ad hæc tepi-
dũ: ad hæc ſpirãſ: Inde grauẽ cœnã indigeſto ſupaddẽs prãdio: uenturæ luci nauſeã parat
& alteri prãdio præcludit iter. ¶ Iſte uel ſe cœnaſſe ꝓſuadet ſibi: uel ita cœnat: ut Platoni-
cũ illud re probet: Nullo modo mihi placet: inquit: bis in die ſaturũ fieri.

De Miſeria occupati: ac fœlicitate ſolitarij dũ eundum eſt cubitũ: Ca. VIII.

Oſt hæc multũ diſſimili habitu corpis & animi cubitũ uadũt. Ille plenꝰ curis: ple- A
p nus epulis: plenꝰ mero: plenꝰ metu: plenꝰ inuidia: deiectꝰ: repulſus: ſuꝑbia elatus:
mœrore cõtractꝰ: ira tumidus: impar ſibi: impoſ animi: obſeſſus ſatellitibꝰ: obſer-
uatus æmulis: pulſatus clamoribꝰ: ſollicitatꝰ litteris: interpellatus nũcijs: ſuſpẽſus fama:
rumoribꝰ territꝰ: ſtupefactꝰ augurijſ: cluſus mẽdacijs: feſſus querimonijs. Et ne noctu qui-
dem litibꝰ ĩmunis: par uita dæmonibꝰ: odioſus præterea uicinis: grauis ciuibꝰ: uel formi-
datus uel irriſus ſuis: ſuſpectus omnibꝰ: fidus nulli: diu ĩ ſomnis: purpureo inuoluiẽ gra-
bato: omneſq; libidinũ ſpecies expertus & ad fruendũ præſentibꝰ: ſollicitato infœlici cor-
puſculo ad abſentes: uago animo trãſmiſſo: uix tandẽ uictus ſomnũ oculis admittit. Sed
uigilant curæ: uigilat mens anxia: quã urit ignis inextinguibilis: & ĩmortalis cõſcientiæ
uermis rodit. Tum diurna negocia: deceptos cliẽtes: oppreſſos paupes: pulſos finibꝰ agri-
colas: ſtupratas uirgines: circũſcriptos pupillos: ſpoliatas uiduas: afflictos necatoſq; ĩno-
xios. Cunq; his omibꝰ ultrices ſcelerũ furias uidet: Sæpe itaq; dormiẽs exclamat: ſæpe cõ
queritur: & ſæpe metu ſubito ſomnus abrumpitur.
i Ste aũt plenus honeſto gaudio: plenus ſancta ſpe: plenꝰ amore pio: nõ furiali ut Ni- B
ſus: ſed ut Petrus chriſti plenꝰ cõſciẽtiæ integritate: ſecuritate hominũ: dei metu: no-
cituri cibi & inutiliũ uacuus curarũ: ſolus: tacitus: tranquillus: angelo ſimillimꝰ: deo cha-
rus: formidabilis nemĩ: cũctis amabiℓ: cubiculũ ſomno nõ impudicitijs idoneũ ingreſſus:
dulcẽ & impturbatã excipit qetẽ: & ſi qd cõſopitꝰ uidet: Plærũq; ſimilia uigilãtis opibꝰ ſũt
ſomnia dormiẽtis: & hac etiã uitæ ꝑte fœlicior: meliores aſpicit uiſiões. Neq; ſolũ lætiore
aĩo: ſed ſaniore etiã corpe mẽbrorũq; miſterio ꝓmptiore utiℓ. Cõſtat enĩ animi ỽtuteſ præ
cipueq; modeſtiã ſanitati mℓtũ cõferre corporeæ: & frequẽℓ q plꝰ corpi ſeruiũt plus obeſſe.

Tractatus Tertius: De diuerſitate conditionũ ipſoꝝ occupatorum: & pari-
De tractatoꝝ epilogo ac trãſitu ad miſeriã (formiter ſolitariorum.
illoꝝ qui alienis negocijs occupãtur: Ca. I.

N pater uniꝰ occupati: & uniꝰ ocioſi hoĩs: unũ diem ante oculos tuos poſui: A
omniũ hominũ dierũq; omniũ una ratio eſt: niſi ꝙ ꝙtidie illiꝰ labor: tãto ama
e rior: tãtoq; huiꝰ quies ẽ dulcior: ꝙto ualidior fit tractu tꝑis habitus animoꝝ:
ꝙtoq; ꝑ tꝑales motꝰ accediℓ ad æℓnitatis ſtatũ: & uiuẽdo ꝓximior efficiℓ. Illi
qdẽ ſine fine labor: huic requies: Niſi forte fœlicior eſt illoꝝ cõditio: q alienis
negocijs occupanℓ. Alieni nutꝰ arbitrio reguℓ: & quid agere illos oporteat: ĩ aliena fron-
te condiſcunt: Omnia illis aliena ſunt; alienum limen: alienũ tectum: alienus ſomnus:

alienus cibus:& qđ est maximũ aliena mens:aliena frons: non suo iudicio flent & rident: sed abiectis proprijs:alienos induũt affectus:deniq; alienũ tractant:alienũ cogitãt: alieno uiuũt. De his poeta nobilissimꝰ loquebaꝫ ubi ait: Penetrãt aulas & limina regum. Hos al-
B ter mordacius atq; liberius notabat in Satyra illa qua curialẽ uitam arguit:& eũ qui sum-
ma bona putet aliena uiuere quadra. Equidem inter hos:& perpetuis dñoꝝ ac regum car-
cerib9 addictos: quid interſit:neſcio:niſi q; illi ferreis:iſti aureis compedib9 uincti ſũt: Spe-
cioſior catena:par ſeruitus:maior culpa. Sponte etenĩ ſua faciũt ad qđ alij ui coguntꝫ. Ego
uero iſtos: ut ſententiã meam breuib9 abſoluam:occupatoꝝ omniũ extremos ac uere mi-
ſerrimos miſeroꝝ uoco:quibus nec breuiſſimo ſaltem premio malarũ artiũ uti licuit:uixe-
re alieno impio:ſuo periculo morituri:& alijs laborãdo peccauerũt: ſibi fœlices ſi ſine cul-
pa & ſine premio laboraſſẽt. Nũc crimẽ dũtaxat eſt propriũ: quæ ex crimine uenit fallax li-
C cet & fugitiua delectatio aliena eſt. Atqui duræ dicimꝰ cõditionis agricolam: qui cũ labore
ſerit arborẽ cuius fructũ nunq; ſit uiſurus. Quis enĩ ait Apoſtolus:plantat uineã & de fru-
ctu eius nõ edit? Qui tamẽ ſortem ſuam cõſolari poteſt:eo q; alteri ſaltem ſæculo ꝓfuturꝰ
ſit. Itaq; nõ modo dubitãs quod agit ad ſe non ꝓtinere:ſed ſciens etiã non omittet: Interro-
gantiq; cui ſerat:quod eſt apud Ciceronem:dijs ſit ĩmortalibꝰ reſponſurus:ſeu rectius im-
mortali deo: Q3to miſeriores qui ſerunt unde ipſi pœnas ſolas:alij uero pœnales uolupta
D tes legãt? Qui qđ inutiliť agũt:ſibi:alijs imputare non poſſunt: Nõ ætati ſuæ cui ſæpenu-
mero laborãdo præreptã ſibi libertatẽ eripiũt:Non poſteritati cui ſeruitiũ parãt:Non deo
quem offendũt ut hominib9 placeant. Deniq; non hisipſis quib9 placẽdo nocuerũt: qui-
buſq; perpetua morte ſua breuem peccãdi:hoc eſt in æternũ quoq; moriẽdi licentiã pepe-
rerũt:cæci nimiũ demẽteſq;: aduerſiſq; ſyderib9 ĩ lucem:ĩmo in tenebras proiecti:qui cum
alte alios extulerint:ipſi cõtinuo iacuere:ab eiſdẽ illis: qđ ſæpe iam uidimꝰ forſitan oppri-
E mẽdi. Interim cum multa alijs quæſierint:multa cupidinũ inſtrumẽta conflauerint:tanto-
rum ſemper cõmodis caruere facinoꝝ:hanc unam ferialis induſtriæ gloriã conſecuti:prin-
cipum auaricias:dñorũq; l:ibidines conſilioꝝ ſuoꝝ pauiſſe ſucceſſib9. Quid uis amplius
dicam? Non equidẽ minꝰ mordax noſtroꝝ mihi q; Cretenſiũ uideri ſolet imprecatio. Cũ
enĩ ſono uerboꝝ neutra terribilis ſit:ſubeſt uirus utriq; mortiferũ:Illi hoſtib9 ſuis optant
ut mala cõſuetudine delectenť:noſtri autẽ ut occupati atq; ſolliciti eſſe nunq; deſinãt. Quo
ſi ꝓfundius: non uerba:ſed ipſam rem inſpicias: quid triſtius dici poſſit uix inuenio. De
his occupatis loquor:quos uidemꝰ:& quoꝝ plena eſt uita uulgaris. Alij enĩ nulli uel tam
rari ſunt:ut nuſq; appareãt. Vbi ſane ueritas quæriť:ficta phantaſmata loqui piget.

Q3 q; q; fere omnis occupatus ſit miſer:ſint tamen aliqui licet pauciſſimi qui laudabiliter occupenť: Ca. II

A Taq; ut iam tãdẽ ſemel expediam:parũ abeſt q̃n meo certe iudicio: omnis occupa-
i tus miſer:occupatuſq; ſub alio bis miſer: q; & miſeriã ſuam habet:& ipſo miſeriæ
fructu caret. Non q; ignorẽ fuiſſe & fortaſſis eſſe occupatiſſimos quoſdam ſimulq;
ſanctiſſimos uiros:q; ſeipſos & ſecum chriſto deuias animas adducerẽt. Quod ubi accidit:
ingens fateor & inextimabile bonũ eſt:ac gemĩata fœlicitas:duplici de qua multa diximus
obiecta miſeriæ. Quid enĩ fœlicius:quid aut hoĩe digniꝰ aut ſimilius deo eſt: q; ſeruare &
B adiuuare q; plurimos? Quod q; poteſt & non facit:præclarũ mihi quidẽ humanitatis offi-
cium abieciſſe: & ob eam rem hominis nomẽ ac naturam amiſiſſe uidebitur. Itaq; ubi hoc
poſſe datum ſit:deſiderium proprium utilitati publicæ ſponte ſubijciam: deſertaq; ſolitu-
dine: unde mihi ſoli obſequebar: ultro repetã unde utilis mũdo ſim: Ciceronis noſtri iu-
diciũ ſequens: Magis eſt enim inquit ſcđm naturam pro omnibus gentibus ſi fieri poſſit
conſeruandis aut iuuãdis maximos labores moleſtiaſq; ſuſcipere:imitãtes Herculem illũ:
quẽ hominũ fama beneficioꝝ memor in conſilio cœleſtium collocauit: q; uiuere in ſolitu-
dine:non modo ſine ullis moleſtijs:ſed etiã in maximis uoluptatib9: abũdantẽ omib9 co-
pijs:ut excellas etiã pulchritudine & uirib9:quo circa optimo quiſq; ſplẽdidiſſimoq; inge-
C nio longe illam uitã huic anteponit. Hæc Cicero. Cui ſic ſe rebus habentib9 haud coacťꝰ
aſſentior. Sed de his oĩbus iudiciũ meũ habe:pauciſſimis quidẽ inſtantijs uniuerſale uerũ
dogma non quatitur. Multi ſunt qui occupationes ĩ commune utiles: & ſanctiões ſolitu-
dine qualibet profitentur: Scio. Sed quot quæſo te uidimus qui quod profitebantur im-
pleuerint? Sunt fortaſſe aliqui:ſunt plurimi:oſtende mihi unum & ſilebo. Nõ inficior do-
ctos quoſdam & facundos uiros:& qui multa ſubtiliter aduerſus hæc diſputent. Cæterũ

nō de ingenio:ſed de moribus eſt queſtio:Ambiunt ciuitates: declamant ī populis: muſ/
ta de uitijs:multa de uirtutib⁹ loquunt̄:Vix temperare mihi potui:quo min⁹ unū Satyri/
ci dentis morſum huic loco ualde:niſi fallor: cōgruentē interponerē: Sed cogitās ad quē
mihi ſermo eſt:ſtilo potius aliquid:q; uerecūdiæ ſubtrahēdū credidi. Multa quidē inqui/ D
es loquunt̄ utiliter:audiui:& ſæpe alijs proſūt:credo. Sed nō ſtatim ſan⁹ ē medic⁹:qui cō/
ſilio ægrū iuuat: qn eodē ſæpe mórbo quo multos liberauerat interijt. Verba ſtudio ela/
borata atq; arte compoſita pro multor⁹ ſalute non reſpuo:& quicūq; ſit opifex utile op⁹
amplector. Verū hæc nobis nō rhetoricæ ſchola ſed uitæ eſt:nec ī anem linguæ gloriā: ſed
ſolidam quietem mentis intendim⁹. Neq; mihi excidit Seneca:cū dixiſſet:Omīa impedi/
mēta dimitte & uaca bonæ mēti:cōfeſtim addidiſſe:Nemo ad illā uenit occupat⁹. Quā
illud eiuſdem auctoris oblit⁹ ſum:Non multū inquit ad trāquillitatē locus confert:ut ſit
ita:ſine dubio tamē confert aliqd. Q; niſi ſic eſſet: cur idē dixiſſet alibi: Non tm̄ corpori
ſed etiam morib⁹ ſalubrē locum eligere debem⁹. Et idem alibi: Conſpectū quoq; & uici/
niam fori ꝓcul fugiā. Nam ut loca grauia etiam firmiſſimā ualitudinē tendant:ita bonæ
quoq; menti necdū adhuc perfectæ & cōualeſcēti:ſunt aliq; parū ſalubria. Vnde ergo hæc
morū mentiſq; ſalubritas ac diſcrimē ſi nihil eſſet in locis? Eſt in locis aliquid pace Sene/
cæ dixerim:Eſt multū:ſed non totū fateor:illud quidem ut ſibi uidetur ī animo eſt. Nam
ſic ait: Anim⁹ eſt qui ſibi cōmēdat oīa. Id enīuero ſuo more recte dicit̄. Vnde autem ani/
mo lumen ueri:æquitaſq; iudicij? Aliunde ꝓculdubio.

De laude tranquillæ ſerenitatis animi:quæ largit̄ in ſolitudine conſtitutis: Et quō anim⁹ non poſſit in diuerſas res eſſe intentus: Ca. III.

Taq; q; de locis dixi:de animo repetam: Eſſe in illo aliqd multū:eſſe totū mīme: A
i ſed in eo tantū qui oportunitatē locis tribuit animo rationē. Magna enim & di/
uina quædam res eſt:animi tranquilla ſerenitas:& quæ non alteri⁹ donū ſit q; ſo/
lius dei:ſed q; ſæpius ille largiri ſoleat in ſolitudine cōſtitutis. Quod utrūq; pro breuitate
temporis:uel ratione uel contrarior⁹ collatiōe monſtratū eſt:& mox exemplis illuſtribus
aſtruet̄. Q; ſi forte datum ſit:ut aliquis ueri capax:non ad linguā ſed ad cor hor⁹ cuiuſpi
am quos credulū uulgus ſtupet:penitus aurem cordis admoueat: puto ſine contentione
fatebit̄:q; conſcientiā nudam ingenue confitentē audierit:fœlicitatē non uerbis ſonantib⁹
ſed rebus tacitis & ueritate intima: nō externis plauſib⁹ aut fallaciſſima hominū opinione
cōſtare. Multa quidē illic audiet:multū his contraria quæ in pulpitis cū populo mirabat̄:
et intelliget quod inter cutim & præcordia interſit. Et nimirū hæc animi natura ē: ut in unā B
rem uehement̄ intent⁹:multas negligat. Hinc eſt ut eloquētiæ ſtudioſi: ſæpe ſint ad actum
tardiores:& qui res magnas agūt: ſūt incultiores eloquio. Sic & modeſtiæ cultores uolu/
ptatē fugiunt:& quibus uoluptas in precio eſt:modeſtiā aſpernant̄: Sic & quos augēdæ rei
familiaris ſtudiū tenet:ſæpe rempublicā atq; amicitias contēnūt & illiberali⁹ uitam ducūt.
At qui liberalitati animū applicāt:quiq; reipublicæ curam habēt:ſæpe uideas rei domeſti/
cæ negligētes. Non poteſt uēt⁹ idem ex æquo placere his quor⁹ nauigatio cōtrarios fines
ſpectat. Quæ iccirco dixerim:ne mireris ſi in eo q; q; nūc agim⁹ idem cernas:& ſi ſollicita
uita ſtrepitū amat:multiloquio delectat̄: Contēplatio autē omnis amica ſilētio eſt:quæq;
ſe finibus ſuis tenet:Et uiceuerſa illa ſilentiū odit: hæc ſtrepitum.

Quomodo ex periculo paſtorū diſci poſſit uitam ſollicitā mínus eſſe tutam: Et q; ea ratione auctor ipſe uitam elegerit ſolitariā: Ca. IIII.

Væ nam uero tutior uia eſt:hoc eſt pater q; hodierno colloquio ueſtigamus. Dic A
q igitur mihi ex hiſipſis quor⁹ mentio nobis oborta eſt: quotiens putas paſtorē offi/
cio periſſe:quotiens ouem & dum uagam alligat in laqueū incidiſſe:& dū ꝓfugam
ſequit̄ corruiſſe? Quotiēs credis aut medicū bene ualentem:dum ægros circumit ægritudi/
nem contraxiſſe:aut buſtuarium dum mortuos ſepelit:cauſam mortis contagio repperiſſe?
Nemo uero fallatur quaſi minora ſint animor⁹ contagia:q; corporum: Maiora ſunt:grauio/
us lædunt:altius deſcendunt:ſerpūtq; latentius. Multis inquiunt prodeſſe meritoriū: mul/
tis ſubueniſſe:laudabile:quiſ negat? Sed ordinatæ charitatis initium ſcimus. Crede autem
mihi:non eſt paruæ fiduciæ polliceri opem decertantibus:conſilium dubijs:lumen cæcis:læ
ticiam mœſtis:ſecuritatem metuentibus:ſpem deiectis:ſalutem ægris: requiem feſſis: refri/
gerium afflictis:monſtrare iter errantibus: ſubiectare humeros cadentib⁹: dare dexteram

proſtratis .Magna quidem ſunt hæc ſi fiant:parua ſi promittantur . Necꝫ enim magnæ q̄ꝫ paruæ rei promiſſio :ſed exhibitio eſt maior . Verum ego non tam alijs legem pono : q̄ꝫ legē tibi meæ mentis expono: quam qui probat teneat: cui non placet abijciat : & relicta nobis ſolitudine:ſollicitudines ſuas ſibi habeat:contemptorq̄ ruris noſtri:uiuat contentus in ur/
B bib⁹.¶Optarem fateor talis eſſe qui prodeſſe poſſem q̄ꝫ plurimis:uel ut ait Naſo:totiq̄ ſa/lutifer orbi: Sed primū paucorum hominū:proximū chriſti ſolius eſt propriū . Et profecto quiſquis in tuto eſt:ut uel tantiſper diuerſum ſentientib⁹ condeſcendam:peccat ī legem na/turæ:niſi quibuſ poteſt laborātib⁹ opem fert.Mihi qui adhuc magno naufragio laboro:ſuf/ficit illius opem implorare:qui ſolus potens eſt præſtare quod poſcitur. Cuperē magna:ſed modicis contentabor : Vellem cum omnib⁹ ſaluus eſſe:ſi minus:cum multis . Vltimo quid expectas ut dicam:mihi ſi non pereo ſatis eſt:multum eſt abunde fœliciter:Et heu q̄ꝫ uereor ne qui forſan ex his:qui ſe cuſtodes infirmarū ouium dici uolūt:lupi ſint ſanaſq̄ dilanient.

Tractatus quartus: Quæ expediant eis qui uitā ſolitariā ingredi ſtatuerūt.

Q; uita ſolitaria præcipue litterarū ignaris grauior morte :& mortem allatu/ra uideatur: Ca. I.

A a Tne diutius me conſideratione non mea implicem:de ſe illi: nos de nobis : li/bret unuſquiſq̄ quid præferat. Impoſſibile eſt enim & ſi unū omnes finem ul/timū intendamus:ut unam omnib⁹ uitæ uiam expediat ſequi . Qua ī re cuiq̄ acriter cogitandum erit:qualem eum natura: qualem ipſe ſe fecerit. Sunt enī quibus ſolitaria uita morte grauior ſit:& mortem allatura uideatur: qđ præ/cipue litterarum ignaris euenire ſolet:Quibus ſi confabulator deſit: quid ſecum : quid ue/cum libris loqui ualeant non habent. Itaq̄ muti ſunt:Equidem ſolitudo ſine litteris exiliū eſt:carcer:ecule⁹.Adhibe litteras:patria ē: libertas:delectatio.Nam de ocio quidem illud Ciceronis notum:Quid dulcius ocio litterato? Contraq̄:non minus illud Senecæ uulga/tum: Ocium ſine litteris mors eſt:& uiui homīs ſepultura.Et ſi plane norim duo iſta tam
B dulcia philoſophoꝝ diuerticula:ſolitudinem atq̄ ocium:ut incipiens dixi:interdum litte/ratis etiam hominibus permoleſta:In promptu tamen eſt ratio. His enim hoc accidit qui uel uoluptate aliqua compediti: carcerem ſuū amant:uel uulgi cōmercio & uulgari ne/gocio uictum quærūt:uel ad lubricos honorum gradus populorum uentoſis ſuffragijs aſpirant:Et quib⁹ (quæ ingens his temporibus turba eſt) litteræ non animi lux atq̄ ob/lectatio uitæ ſunt: ſed inſtrumenta diuitiarum .Ad quas hodie diſcendas: maguo rei fa/miliaris impendio:ſed multo maxima lucri ſpe pueri a parentibus:non quaſi ad libera/le gymnaſiū:ſed uelut ad ſeruile mercimoniū deſtinātī:ut mirari nemo habeat eos uena/
C liter & auare litteris uti:quas ut uenderēt quæſierūt:E quibus improba ſpe: nō ſibi cen/teſimū fœnus:ſed milleſimū ſtatuerunt. Quæ omnia diligent in uitæ electione tractan/da eſſent.Neq̄ enim tales in ſolitudinē uoco:neq̄ ſi ueniant admitto libens.Q; multos igit excludā:hinc uides.Nam qđ piſcis longe ab aquis:quid hi procul ab urbib⁹ acturi? Quod illi olim molli & effœminato cauſidico ſæpe dixi:qui hæc loca nō quietis amore quā non nouerat:non appetitu ocij quod oderat:ſed neſcio quonam imitādi ſtudio fre/quentare cœperat: incertum an ſibijpſi moleſtior:an mihi. Verum ille cōfeſtim tædio lo/corum & urbanaꝝ deſiderio uoluptatū uictus abijt. Quod niſi ſic euenturū animo præ/uidiſſem: ultro ipſe ceſſiſſem locis:tam nulla rerū opinionūue proportio erat: q̄ꝫ uis ami cum ille ſe diceret: & eſſem⁹ eiſdem ſtudijs a puericia uerſati:ſed ut res docuit :ſtudiorum finib⁹ longe diſparib⁹.Redeo autem ad inceptum.

Q; q̄ꝫq̄ꝫ optimum eſſet ut in iuuentute quiſq̄ ſibi aliquid rectæ uitæ genus apprehenderet: tn̄ ſi quis hoc iuuenis neglexerit : conſultum eſt ut ſaltem ſe/nex hoc faciat: Ca. II.

A o Ptimū quidē eſſet:niſi cōſilij inopia iugis adoleſcētiæ comes obſtaret:ut ab ineū/te ætate circa unū aliqđ uitæ gen⁹ apprehēdēdū unuſqſq̄ nr̄m accuratiſſime co/gitaret:nec ab illo calle quē ſemel elegiſſet:niſi magniſ ex cauſis aut graui neceſſi/tate diuerteret . Qđ initio pubertatis feciſſe Herculē auctor Xenophon ille Socraticus teſtis ē Cicero.Sed q̄a id nō facimus:neq̄ enī noſtro iudicio plæriq̄ uiuimus:ſed uulgi: atq̄ adeo per deuia raptamur:& quaſi per tenebras alienis ueſtigijs inſiſtentes:ſæpe pe/riculoſas & inexplicabiles ingredimur uias ; & eouſq̄ prouehimur:ut ante ſimus neſcio

quid: q̄ quid esse uelimus: circumspicere atq̄ examinare permissum sit. Iccirco quam si/ bi personam uel natura uel fortuna uel error aliquis imposuit: si iuuenis non potuit: quisq̄ secum senex cogitet: & quod solet errans uiator: ante uesperam q̄tum licet saluti suæ con/ sulat: unū sciens: naturam totam haud facile posse conuelli. Cui aūt in ingressu uiæ huius quādo ut dixi scintilla nostri consilij nulla erat: cœleste aliquod lumen affulsit: ut uel secur uel periculi minoris: & facile remediabile iter arriperet: habet unde semp deo gr̄as agat. At cui siniſterior sors fuit: plus negocij ē: postq̄ tamē aperire oculos cœpit & q̄ dubiū iter agat intelligere: omni studio incumbat adolescentiæ deuium & errores uel ī senectute corrigere: memineritq̄ Terentiani senis in Adelphis: qui mutandæ sub extremū uitæ: consultor ido/ neus: simł & delectabit & proderit. Difficile negociū imprimis: sed & īprimis utile & neq̄q̄ impossibile. Neq̄ uero ferum putet: quod salubre cognoscit. Assūt huius sententiæ nō spernendi auctores: Sapientissimꝰ principum prīceps philosophor Augustus cæsar ait: Sat celeriter fieri quicquid fiat satis bene. Plato ait: Beatum cui etiā in senectute cōtigerit ut sapientiam ueraſq̄ opiniones assequi possit.

Quæ in ordiendæ mutandæq̄ uitæ tenenda sit uia: Ca. III

IN omni quidē ordiendæ mutandæq̄ uitæ consilio: illud imprimis ante oculos ha/ i bendum: ut non concupiscentia inani: sed natura duce fræti: uiā teneamus: nō quæ speciosissima uidebit̄: sed quæ aptissima nobis erit: Vbi maxime rectum ac seuerū suijpsius æstimatorem ac censorem exigo: ne oculorum aut aurium uoluptate deceptus ab/ erret. Quod quibusdam accidisse scio: qui dum mirāt̄ alios: īmemores sui atq̄ aliena temptantes: ridendi materiam populo præbuerunt. Hoc unū sumptum a philosophis cōsilium est mihi: scꝫm quod uel solitariā uel urbanam uitam: siue aliam quamlibet naturæ moribusq̄ suis comparans: norit quisq̄ quid suum sit. Qđ si ingredientibus est utile: q̄to progressis utilius: quibus super eligendi laborem: extirpādæ etiam ueteris radicatæq̄ sentētiæ labor est? Apud me sane cui nihil quod qdem nouerim cōmune cum populo: & cui litterularum tantum obuenit q̄tum non inflet animū: sed delectet & solitudinis amicum faciat: ubi illas sine loquaci doctore: sed & sine tenaci torpore: atq̄ utinam sine sequaci huore didici: quem non amica: non coniunx: non uadimoniū: non usura: non depositum: non lucellum: non rostra: non balneum: non taberna: non cœna: non porticus in urbe deuinciunt. Apud me inquā cui ut uerum fatear: non tam proprio studio: alienoue monitu ut ita sentirem q̄ naturæ ipsius persuasione consultum est: uita proculdubio singularis ac solitaria: nō modo tranquillior: sed altior est atq̄ securior. Et ut extimare alios iubeo suas res: & ut ipse res meas noui: ualde solitudinem atq̄ ocium: de quibus multa hodie tecum ueluti quasdā scalas ad id quo mens nostra suspirat: amplector ac teneo: turbas atq̄ sollicitudines ceu repagula uectesq̄ permetuo. Sedita ut si qua me necessitas ī urbem cogat: solitudinē in populo atq̄ in medio tempestatis portum mihi conflare didicerim: artificio non omnibus noto: sensibus impītādi: ut quod sentiunt non sentiāt. Qđ cum per meipsum experientiæ creditum in consuetudinem deduxissem: multo post tempore acutissimi cuiusdam doctissimiq̄ uiri consilium esse cognoui: memoriæq̄ mandaui: eo quidem attentius: quo gaudebam factum meum uetustatis auctoritate fulciri. Nempe Quintilianꝰ ī eo libro ubi oratorem a Cicerone armatum bullis ac phaleris curiosissime perpoliuit: de hoc loquens: Est inquit lucubratio quotiens ad eam integri ac refecti uenimus: optimū secreti genus: Sed silentium & secessus: & undiq̄ liber animus: ut sunt maxime optanda: ita non semper possunt contingere: Ideoq̄ non statim si quid obstrepet abijciendi codices erunt & deplorandus dies: uerum incommodis repugnandum: & hic faciendus usus ut omnia quæ impedient uincat intētio: quam si tota mente in opus ipsum direxeris: nihil eorum quæ oculis uel auribꝰ incurſant ad animum perueniēt. An uero frequenter etiam fortuita hæc cogitatio præstat ut obuios nō uideamus: & ita ne deerremus non consequemur idem: si & uoluerimus non est indulgendū causis desidiæ: Nam si non nisi refecti: non nisi hilares: non nisi omnibus curis uacantes studendum æstimauerimus: semper erit propter quod nobis ignoscamus: Quare in turba: itinere: conuiuijs etiā sibi faciat ipsa cogitatio secretum. Hæc Quintilianꝰ. Quæ libētius inserui: quia secretior locꝰ erat. Nam Senecæ de hocipso uulgacior epistola est: Ideoq̄ nihil apposui præter finem solū. Cum enī multa tractasset: qualit̄ aduersus uulgi strepitū durādus est animꝰ studiosi: tādē ad se ꝟsus: Quid igit̄ inqt: nō aliqñ cōmodiꝰ ē carere cōuitio? Et respōdēs sibi: Fateor ait. Itaq̄ ego ex hoc loco migrabo: q̄si quæcūq̄ dixerat necessariæ mo/

ræ ſolacia hoc ultimũ uoluntariæ profectiõis conſiliũ daret. Et profecto ſic eſt: Nam & ego unũ hoc in neceſſitate remediũ inueni: ut in ipſis urbium tumultib⁹ imaginariã mihi ſolitudinem ſeceſſu aliquo q̃tum ſinor & cogitatione conficiam: uincens ingenio fortunã. Quo remedij genere ſæpe quidem hactenus uſus ſum. Et quoniã futuri ſemper incerta conditio eſt: an adhuc uſurus ſim neſcio. Certe libera ſi contingat electio: ſolitudinẽ ueram propr̃is in ſedibus quæſiturus.

De Commendatione ſolitudinis: Ca. IIII

A Vod & dum licuit ſemper feci: & q̃ cupide nũc faciam uides. Solitudo equidẽ ſanq cta: ſimplex: incorrupta uereq; puriſſima rerum eſt omniũ humanarum. Cui etenĩ ſeſe oſtentet in ſyluis: cui ſe comat inter uepres? Quem præter piſces hamo: quem præ⁊ feras ac uolucres uiſco fallat aut laqueo? Quẽ cantu: quem geſtu mulceat: quẽ coloribus delectet? Cui purpuram explicet: cui oleum uendicet: cui uerboꝝ florida ſerta contexat? Cui demũ ſeſe approbet: cui placere ſtudeat præter illũ cui ĩ intimas ſolitudines penetrãti: ſolitariũ nihil ẽ? Neminẽ illa uult fallere: nihil ſimulat aut diſſimulat: nihil ornat: nihil palliat: nihil fingit: Nuda prorſus & incõpta ẽ: Spectaculis enĩ caret & plauſoribꝰ ueneficis animarũ uitæ rerumq; omniũ: deum unicum teſtem habet: nec uulgo cæco & mendaci: ſed
B conſcientiæ propriæ de ſe credit. De qbuſdã quoq; parũ illi fidens dubitat: recolens ſcriptũ eſſe: Delicta quiſ intelliget? Et illud etiã: Si ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea: Nec tamẽ illud oblita: q; ſuauis dñs uniuerſis & miſerationes eius ſuper omnia opera eius: Q; alleuat dominꝰ omẽs qui corruũt: & erigit omnes eliſos: Q; prope eſt omnibꝰ inuocantibus eum: Q; non ſcd̃m peccata noſtra fecit nobis: neq; ſcd̃m iniq̃tates noſtras retribuet nobiſ: quoniã ſcd̃m altitudinẽ cœli a terra corroborauit miſericordiã ſuam ſuper timentes ſe: Q; q̃tum diſtat ortꝰ ab occidẽte: longe fecit a nobis iniq̃tates noſtras. Deniq; non iudicialiter ſed paterne nos aſpiciens: quomodo miſereẽ pater filioꝝ: miſertus eſt dominꝰ timẽtibus ſe: quoniã ipſe cognouit figmentũ noſtrum: & recordaẽ quoniã puluis ſumus: & homo ſicut fœnum & flos agri egreditur & conteritur & fugit uelut umbra: Miſericordia autẽ domini ab æterno & uſq; ĩ æternũ: quoniam ipſe fecit nos: & nihil odit omnium quæ fecit.
C Atq; ita hinc minãtibꝰ ſcripturis: hinc ſpem dantibus de ſe incerta: & neſciens an amore an odio digna ſit: trepidat ſed & ſperat: ac ſeipſam de certa & nota regis ſui miſericordia cõſolatur. Sic ſe: ſic dæmonũ uigil inſidias inq; id ſolum occupata circũſpicit & diuino præſidio fulta contẽnit. Sic undiq; fœlix ac trãquilla: & ut proprie dicam: arx munita tempeſtatũq; omniũ portus eſt: Quem qui fugit: quid ſibi aliud præter: portu careat: uoluaẽ reum pelago: uiuat in ſcopulis: moriaẽ in fluctibus? Nec tamen uſq; adeo propoſiti improbus ſententiæq; tenax ſim: ut deſipere alios putem ul' in uerba iurare cogam mea: Ad fatẽdũ multi: ad credẽdũ nemo cogitur. Nulla maior q̃ iudicij libertas: hãc itaq; mihi uendico ut alijs nõ negem. Sit ſane: poteſt enim eſſet: ſit honeſta: ſit ſancta omniũ intentio: Eſſe autẽ occultiſſimæ ꝓfundiſſimæq; rei humanæ conſcientiæ iudex nolim: Et poſſunt omnes deo largiente bene uiuere: Nullũ reſpuit infinita clæmentia: ſed a multis ipſa reſpuitur. Ipſa etiã humanæ philoſophiæ inſtitutio gradiaria eſt. Non poſſunt enim omnes ſummũ locum prehẽdere: Alioquin ima omnia uacarent: tantũ ut uitetur obſcœnitas & quæ in imis eſſe ſolent ſordes. Id enim omnibꝰ eſt neceſſe: qui quolibet in genere uitam agere: procul ab infamia decreuerũt. Sic obſcœna uitare debitum: in altum niti uirtus eſt: peruenire fœlicitas.

De Quadruplici diſtinctione uirtutum: a Plotino inducta & a Macrobio comprobata: Ca. V

A On ſum oblitus diſtinctionẽ illam quadruplicem uirtutum: a Plotino ingenti Platonico inductam: a Macrobio comprobatam: Sed in ea ipſa politicæ uirtutes infimũ gradum tenent: quæ occupatoꝝ eſſe poſſunt: eorũq; non omniũ: ſed illoꝝ quibus occupationum finis uirtus propria & multo maxima reipublicæ ſalus eſt. Cernis ad q̃ paucos uno uerbo tota occupatoꝝ ĩnumerabilis acies ſit redacta. Proximũ aſcendẽdo gradum poſſident purgatoriæ uirtutes haud dubiæ linquentium urbeſ atq; ocioſorum & ueræ philoſophantiũ ornamenta. Et paſſiones quidem animi: quas primæ temperant: hæ cõuellunt. Tertius gradus altior illarum eſt: quas purgati animi uirtutes uocant: quarũ munus eſt propriũ: paſſiones quas politicæ molierint: purgatoriæ cõuulſerint obliuiſci: Hæ perfectorum ſunt: qui ubi ſint neſcio: Sed & q fuerint ſolitudinẽ amarunt. Et ſi quiſ uſq; ſupereſt q̃uis hoc uirtutum gubernaculo tutus in alto nauiget: puto tamen ſolitudinis portũ amet.

Quartus ac ſupremus exemplariū eſt locus: quæ ſupra hominē ſunt: & ut aiūt: in mēte ſo/ B
lius dei habitāt: Vnde qđ ipſum nomē indicat: tanq; ab exemplari aliquo æterno: Siue ut Plato uocat: ab ideis quas in eadem dei mente: ut cæterarū rerum: ſic uirtutum poſuit: tres alias humanarū uirtutum ſpecies ortas uolūt. In his autem aduerſus paſſiones: non modo non eoſdem effectus eſſe quos in cæteris: ſed ipſum paſſionis nomen audiri nefariū pror/ ſus atq; ſacrilegum. De iſtis ſane nil dicturus fueram: nihil enim ad id quod nūc agitur: niſi quia cum de politicis purgatorijſq; uirtutibus loqui aliquid tempus admonuiſſet: Plotini quadrifidam catenam multa arte conſertam: ſtilo ſoluere ac diſſociare non libuit.

De Delectatiōe ac dulcedīe uitæ ſolitariæ & ſpiritali pugna ſolitariorū: Ca. VI.

Ides ne q̄to uerborum ambitu utcunq; cum occupatis ī gratiam redire uoluerim: A
u tempus eſt ut his iam digreſſionib⁹ modus ſit. Ad me igitur & ad ſolitudinē reuer/ tor: Cuius ego ueram intimāq; dulcedinē utinā ꝑfundius hauſiſſem: ut fidentius ī hoc tecum ſermone uerſarer: Nunc de re ſanctiſſima: ꝑphanū ingeniū fari pudet. Quis enī fando æquet qđ uix percipit cogitādo? Cœleſtis & ꝑrſus angelica uita eſt: de qua terren⁹ ne dicam terreus homūcio loqui uult: ſplendore noīs captus famaq; rei optimæ: & ut ue/ re dicam: odore magis q̄ ſapore delectat⁹: haud aliter q̄ ſi natus in ſyluis paſtor & in ſyluis educat⁹ ſitim fluuio: herbis famē ſedare ſylueſtrib⁹: humi cibū ſumere ſolitus: dumoſoq; re/ quiem ſub antro: caſu aliquo ad ampliſſimæ cuiuſpiā atq; opulētiſſimæ urbiſ muros acceſ/ ſerit: Et dū in ueſtibulo feſſus ſedet: oculoſq; auide circūflectit: inq; urbē ipſam inīcit cuſto/ dum domos aut cohærens portis angiportū uiderit: Exinde reuerſus in ſylnas ſocijs nar/ ret: quid in ea urbe cōſpexerit: quid in atrijs: qđ in uicis: quid in curia: q̄d in foro: quid ī offi/ cinis artificū: quid in thalamis ꝑcerum: quid in publicis priuatiſq; conſilijſ agat. Aut ſi qa primū forte religioſiſſimi templi limen attigit: Iccirco quicquid amictuū ſeu uaſorū imis pe/ netralib⁹ abditū ſeruatur: cūctas librorū formas: ſingula ſacerdotū officia: omēs ſacrorū ce/ rimonias noſſe putat. Re enī uera q̄tū ego ab huiuſcemodi paſtore differo: niſi q; is urbē ſe/ mel adijt aut templū: ego ſæpe ſolitudinē. Is exteri⁹ ſubſtitit: ego introij. Ille mox abijt: ego B
ꝑmanſi? Quid tamē ego certius noui: q̄lis ſolitariæ uitæ ſtat⁹ interior ſit: antra: colles & ne/ mora: æque omnibus patent: Nemo arcet intrātes: nemo pellit ingreſſos: deſerti nullus eſt ianitor: nullus cuſtos. Sed quid locorum ſolus introitus: quid ambiti uehūt amnes: q̄d lu/ ſtratæ iuuant ſyluæ: quid inſeſſi ꝑſunt montes: ſi quocūq; iero: anim⁹ me meus inſequitur: talis in ſyluis qualis erat in urbib⁹? Ille ante omnia deponendus: Ille inquam: ille domi re/ linquēdus erat: ſuppliciterq; poſcendū a domino: ut cor ī me crearet mūdū: & ſpiritū rectū his in uiſcerib⁹ innouaret: Tum demū uitæ ſolitariæ abdita penetraſſem: Hæc enī q̄d alie/ no glorier? hæc ſolitudo utiq; non ſolitaria uita eſt: ea ſcilicet quā ſuſpiro: q̄uis exteri⁹ ſimil/ lima uideatur: æque hominū turbis educta: ſed nō æque paſſionib⁹ expedita. O ſi uidiſſem quæ nam dulcedo illa ineffabilis ſanctarū animarū: quā de præteritorū cōmemoratiōe diſ/ criminū: & uenturi gaudij expectatione percipiunt: ſine quibus triumphatus hoſtis: ſine q/ bus ſæpe quidem uictus: ſed uincendus adhuc: & in acie nunc etiam ſtandū eſt non ſine ſpe certa uictoriæ: militandūq; non ſolis: ſed ſuffultis angelico comitatu: Et quibus indutis ar/ maturā dei loricamq; iuſticiæ: ut uerbo utar Apoſtoli: munitis: ſcuto fidei: gladio ſpirituſ & ſalutis galea aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mūdi rectores tenebrarū harū: iterū atq; iterum nullo quidem ſpectante mortaliū: ſed cœlicolarū maximo conſenſu & eximio omniū fauore chriſtoq; Ieſu ſpectaculis præſidente pugnandū eſt. Quæ nam illa ſuſpiriorū quies: de ꝑfundis ad excelſa tendētiū: fatigato animo gratiſſima? Quæ nā ſuauitas lachry/ marū de puriſſimo cordis fōte cadētiū? Quæ nā militū chriſti uigiliæ excubiæq; pſalmorū in turrib⁹ hieruſalē & in ꝑpugnaculis ſion aduerſus exercitū babyloniſ: tota nocte canētiū uallūq; & caſtra ſeruātiū: loco arduo & munito: ubi nec pabulū deſit nec aq̄tio: ubi fidant hoſtib⁹ inſidijs tēptari ſe poſſe nō obrui: eoq; ſe gr̄æ ſubuectos: ut ferociſſimi hoſtis īcurſus ipſis obſequiū: ſuppliciū illi ſit: ut q; ſaluti iam ampli⁹ nō obeſt: ſæpe ꝑſit ad gloriā: exercē/ doq; fiat cautior militia: fortior uictoria: clarior triūph⁹: chriſti pugilum in uitæ huius ago/ ne certantium?

Q̄tum ſit ſolatium q̄taue iucunditas pro breui ſolitudine hominū perpetu/ am ſperare frequentiam angelorum: Ca. VII.

Vod illud ſolatiū: q̄ta iocunditas: gaudere præſentib⁹: ſperare meliora: pro breui
q ſolitudine hominū perpetuā frequentiā angelorū & diuini uult⁹ aſpectū? Vbi to/ A

tius ſacræ concupiſcentiæ & deſideriorum omnium eſt finis: pro paucis lachrymis interminabilē riſum: pro temporalib⁹ ieiunijs æterna cōuiuia: ꝓ uolūtaria paupertate inæſtimabiles ueriſſimaſq; diuitias: ꝓ incolatu ſyluarū ius ciuitatis æthereæ: pro fumoſo tugurio ſtellantia chriſti palacia: pro agreſti ſilentio cantus angelicos & cœleſtis dulcedinē harmoniæ: quæq; omne melos exceſſerit: illam dei uocem: tot tranſactis laborib⁹: ſuos æternam in requiem euocantis: proq; his omnibus ſponſorem ueraciſſimū ac locupletiſſimum habere: Cogitare quotidie quid eſt quod reliqui: quid eſt qđ ſecut⁹ ſum: quale eſt qđ patior: quale qđ expecto: quātū eſt qđ ſeui: q̄tū eſt qđ metam. Extimare q̄ breui temporis iactura: īmo uero nō iactura: ſed lucro & īnumerabiliū tædiorū fuga: fœlicitatē negocientur æternam: & dimiſſis hominū faſtidijs urbiūq; periculis: ubi uere eſt infern⁹ ille uiuentium: cuius meminit pſalmiſta: ad ſupernā patriam ꝓperantes: iam hinc cœperint eſſe fœlices. Siquidem miſeriæ finis fœlicitatis initiū eſt: natura contrariorū exigente: ut ubi hoc deſinit: illud incipiat. Poſtremo & cogitatus altiſſimos: & collocutores ſpirit⁹ & uiſiones beatificas habere: & ſæpe præſentē chriſtum familiari⁹ compellere. Semper enī præſens eſt qui ubiq; ſemper eſt. Quis eſt autem hic niſi de quo ſcriptū eſt: Si aſcēdero in cœlum tu illic es: & ſi deſcēdero ad infernū ades: Si ſumpſero pēnas meas diluculo & habitauero ī extremis maris: Cui ſi facile fuit oculos nobis atq; aures ītellectūq; largiri: multo eſt ꝓfecto facilius nos uidere: audire & intelligere. Videt ille igit̄ nos: auditq; prius etiam q̄ loq̄mur. Ipſe eſt enī igitur q tacito Moyſi ait: Quid clamas ad me? Præuenit uota noſtra & affect⁹ anticipat. Cogitatiōes noſtras ītelligit de longinquo: hoc eſt multo anteq; fiāt: Preces noſtras exaudit anteq; ſonent: neceſſitates noſtras aſpicit anteq; ueniāt: exitus noſtros ſpectur anteq; nati ſumus. Sed ita nos aſpicit: ut indignos licet inueniat: miſereat̄ tamē: niſi forte qđ procul abſit a nobis: contumacia pertinaci miſericordiā repellamus.

Q habentes uerū teſtem chriſtū: teſte imaginario nō egeam⁹: Ca. VIII.

A Abentes ergo teſtem patrem iudicem: teſte illo imaginario non egem⁹: de quo alibi ſcripſi: quem philoſophorū quidā quærendū nobis eſſe dixeruut. Epicurus quidem quibuſdam licet opinionib⁹ infamatus: magnorū tamen iudicio magnus uir amico ſcribens: Sic fac inquit omīa: tanq; ſpectet Epicurus. Marcus Cicero in epiſtolis q̄s ad Quintū Ciceronē fratrem ſuū ſcribit: poſt adhortatiōeſ magnificas ad uirtutē cōcludēſ: Id inquit facilime facies ſi me cui ſemper uni magis q̄ uniuerſis placere uoluiſti tecū ſemp eſſe putabis: & omnib⁹ his rebus quas dices & facies intereſſe. Multū haud dubie confidebat ueram præſentiam ꝓfuturam eſſe germano: qui memoriā ſui ſolam efficacem adeo uirtutis ad ſtudiū extimaret. Secut⁹ hos Seneca: ſed non auſus tantū ſibi tribuere: Luciliū ſuū monet ut alicui⁹ clarioriſ uiri præſentiā ſibi fingat. Ait enī: Prodeſt ſine dubio cuſtodem ſibi impoſuiſſe & habere quē reſpicias: quē intereſſe tuis cogitationib⁹ iudices. Nec multo poſt: Sic facies inquit quæcūq; facies tanq; ſpectet aliquis. Et poſt pauca: Aliquorū te inquit auctoritate cuſtodi: aut Cato ille ſit: aut Scipio: aut Lelius: aut cui⁹ interuētu perditi q̄ hoīes uitia ſupprimerēt. Et ut intelligas hanc etiam eſſe Epicuream doctrinā: Seneca idem alibi: Aliquiſ inquit uir bonus nobis eligēdus eſt ac ſemper ante oculos habēdus: ut ſic tanq; illo ſpectante uiuam⁹: & omnia tanq; illo uidente faciamus: hoc mi Lucili Epicurus præcepit cuſtodem nobis & pædagogū dedit. Deinde quibuſdā interpoſitis quibus hoc conſiliū annumerat: adiecit: Et elige itaq; Catonē ait: Si hic tibi nimis uideť rigidus: elige remiſſioris animi uirū Leliū: Elige eū cui⁹ tibi placuit & uita & oratio: & ipſe animū ante ſe ferens uultus. Vides ut aliquot enumeratis: utrobiq; nobis liberū linquit eligere quem uelimus: modo aliquem eligamus: cuius nobis non genus: non potentia: non opes: ſed uirtus & cōuerſatio & teſtis animi frons & motura animū uerba placuerint. Et hoc quidem de imaginario teſte uitæ philoſophicū cōſiliū: int̄ ſuos nō inutile: nobis nō neceſſariū: hūc in his litteris obtineat locum: ut qđ diximus appareat tali teſte chriſtianū hominē non egere: Cui nō Epicurus aut Cicero: nō Cato: non Scipio non: Lelius imaginatione fingendus: ſed angelus bonus uitæ cuſtos: comeſq; datus homini: quo ſpectante ſi quis eſt pudor: audere non debet: qđ coram hoīe non auderet. Et qđ ſummū & terribile dixerim: Chriſt⁹ ipſe locis omnibus atq; temporib⁹ eſt præſens: non actuū: ſed & cogitatuū omniū uerus teſtis: quos & ſi uere afforet teſtis Epicureus non uideret. Figere hic animū libet & cogitare: Quis tam impudenti rabie fuit unq; tantaq; ſcelerū licentia: qui non dicam chriſtum: ſed amicorū chriſti aliquem coram cernens non raptanti ſe præcipitātiq; libidini frena ſubſtringeret? Atqui

christum ipsum in abditis etiam animæ penetrabilib⁹ semper assistere: & quid illis gerat introspicere & aperta omnia uidere: nemo usquã christianus ẽ qui dubitet: nec ab omni de/decore tanti testis metu saltem & ueneratione desistit. Quid hic præstygij est: nisi quia quẽ præsentem corde credimus: oculis non uidemus: eoq; relabimur in quo ueteres Cicero q̃ christũ certe non nouerat: arguebat: ubi ait: Nihil animo uidere poterant: ad oculos omnia referebant? Quod si & nobis accidit & consilium optamus: idem nobis audiendus est Ci/ D
cero: non q̃ alij præcipue ex nostris desint: cum Augustin⁹ ex hoc maxime librum ueræ re/ligionis mihi texuisse uideatur: sed iuuat in re nostra peregrinũ: ut ita dixerim: hominẽ au/dire: præsertim cum unus idemq; locus sit: ubi & uulnus aperuit & medicamenta compo/suit. Ait enim: Magni aũt est ingenij reuocare mentem a sensib⁹ & cogitationẽ a consuetu/dine abducere. In hoc ergo summis & nos uiribus enitamur: ut sensibus domitis & uicta consuetudine aliquid animo uideam⁹: Aperiam⁹ iam tandẽ atq; purgem⁹ oculos illos in/trinsecos quibus ĩuisibilia cernunt̃: christum adesse uidebim⁹. Et si de Marco Catone scri/ptum est: quod puduit gementem illo teste mori: q̃tomagis pudebit christo spectante ma/le uiuere: male mori: aut oĩno facinorosum aut turpe aliquid tãto sub teste cõmittere. Sa/ne noster hic testis infallibilis atq; perpetuus: ut ad propositũ sermo redeat: & si ubiq; præ/sens sit: nusq; tamẽ esse præsentior: nusquãq; familiarius nos audire & nobiscũ colloqui q̃ in solitudine dignatur. Nimirum: Nam & nullus interstrepit: & qđ ab intentione mentem E
distrahat non est. Sic humanus animus assuescit cœlestibus frequẽtiq; colloquio fiduciam salutarem concipit: & ex hospite atq; aduena fit domesticus dei. Magno enim ex amore cõ/tinuoq; & fideli cultu inter deum & hominem familiaritas tanta est: q̃ta inter hominem & hominẽ non est. Quocirca ut laborioſos homines & mortalib⁹ semper rebus implicitos ac terrenis occupatiõib⁹ tota intentione demersos: iam nunc occupationũ ĩmortaliũ & infer/ni laboris habere primitias crediderim: sic similimũ ueri putem solitarios dei amicos: pijs assuetos curis: iam hic æternæ uitæ præsentire delitias: Nec incredibile dixerim posse ali/quem ex hoc numero cui sæcularis cœni uestigium nullũ extet ad eum gradum misericor/dia subleuante consurgere: ut adhuc terris incluſus: concinentes in cœlis angelorũ choros audiat: & uideat in excessu mẽtis: qđ ad se rediens non possit exprimere. Sed quid horum omnium scire: quid ue de his loqui possum peccator infœlix: & peccati mei pondus ac uin/cula circumferens: qui uel amore litterarum amicum ocio: & litteris locũ amo: uel fortasse odio quodam ex dissimilitudine morum orto: populum fugio: & fortasse conscientia uitæ meæ multiloquũ testem uito.

De Libertate solitarij: & studio mentali: Ca. IX.

Is igitur prætermissis: q̃q̃ bone Iesu ad hunc finem creati abs te ut in te requiesca/ A
h mus: ad hoc nati & sine hoc inutiliter atq; infœliciter nati sumus. Quẽti tandem pa/ter estimes illa cõia: uiuere ut uelis: ire q̃ uelis: stare ubi uelis: Vere inter purpureos florũ thoros: Autumno caducarũ int̃ frondiũ aceruos acquiescere: Apricatiõe hyemẽ: um bris æstatem fallere: neutram sentire nisi quã uelis? In utraq; tuũ esse: & ubicunq; fueris esse tecum: procul a malis: procul ab exemplis scelerum: non impelli: non collidi: non affici: non urgeri: nõ dum esurire malis in conuiuiũ trahi: dum tacere cupias ad loquendũ cogi: non importune salutari attrectariq; ac detineri in compitis & urbanitate incondita & in/sulsa: totos dies in eculeo pendere: obseruare prætereũtes: Quis te ut monstrum aliqđ in/tueatur admirans: quis pedem figat occursu: quis flexus in tergum hæreat: & aut nescio qd raucum in aurem comitis insusurret: aut de te obuium ĩterroget: quis in turba uel moleste urgeat: uel alicui to molesti⁹ loco cedat: quis manũ porrigat: quis ad caput illam referat: qs multa in angustijs loqui paret: quis tacitus oculo signum det & stricto trãseat labello: De/ B
mũ non inter tedia senescere: interq; saltantiũ greges premere semper & premi: Artari spi/ritum mœstisq; uaporib⁹ afflatum hyeme licet media sudare: non humanitatẽ inter homi/nes dediscere: affectumq; fastidijs odisse res: odisse homines: odisse negocia: odisse q̃s dili/gas: odisse teipsum: non obliuiſci tuarum rerum: ut multis ingratis uaces: Sine præiudicio tandem apostolicæ sententiæ ad Romanos quæ est: q̃ nemo nostrum sibi uiuit: & nemo si/bi morit̃: Siue enim uiuimus: domino uiuim⁹: & siue morimur: domino morimur: Ita tibi uiuere & mori: ut non alijs q̃ domino uiuas & moriaris. Stare interim uelut in specula: res curasq; hominũ sub pedibus intuentem: uidere omĩa teq; imprimis: cũ uniuersitate transi/re: nec senectutem tacite subrepentem prius molestam pati q̃ proximã suspicari: Qđ om/

nibus prope modũ occupatis accidit: Sed eam multo ante ꝓſpicere & præpare illi integrũ
corpus: æquum animũ: noſſe uitæ umbram hanc nõ uitã: diuerſoriũ non domũ: uiam eſſe
non patriam: non cubiculũ ſed palæſtram: non amare quæ fugiunt: optare quæ permanẽt:
C hæc ipſa dum aſſunt: ferre pacifice: Semper te memĩſſe mortalem: ſed cui ſit ĩmortalitas re-
promiſſa: mittere retro memoriam: perꝙ omnia ſæcula & per omnes terras animo uaga-
ri: uerſari paſſim & colloqui cum omnibꝰ qui fuerunt glorioſi uiri: atꝙ ita præſentes malo-
rum omniũ opifices obliuiſci: nõnunꝙ & teipſum: & ſupra ſe eleuatũ animũ inferre rebus
æthereis: meditari quid illic agitur: & meditatiõe deſiderium inflammare: teꝙ uiciſſim co-
hortari: & ardẽtiũ quaſi uerboꝝ faculas calidis admonere præcordijs: Qui qđ inexpti nõ
intelligũt: nõ ultimus ſolitariæ uitæ fructus eſt. Inter hæc ut notiora non ſileam: & lectioni
dare operam & ſcripturæ: & alternũ laborem alterno ſolatio lenire: legere quod ſcripſerũt
primi: ſcribere qđ legant ultimi: & beneficij litterarũ a maioribus accepti qua in illos non
poſſumꝰ: in poſteros ſaltem gratum ac memorem animũ habere: In eos quoꝙ qua poſſu-
mus: non ingratum: ſed noĩa illorum uel ignota uulgare uł obſolefacta renouare: uel ſenio
obruta eruere & ad ꝓnepotum populos ueneranda tranſmittere. Illos ſub pectore: illos ut
dulce aliquid in ore geſtare: Deniꝙ modis omnibꝰ amando: memorando: celebrando: ſi
non parem: certe debitam meritis referre gratiam.

Quomodo quarundã artiũ inuẽtoribꝰ diuini honores attributi ſint: Ca. X.

A Nuentores artium quarundã poſt mortem diuinitatis honore cultos audiuimus:
i grate quidem potius ꝙ pie. Nulla eſt enim pietas hominis qua deus offenditur: ſed
erga memoriã de hũano genere bñ meritoꝝ incõſulta gratitudo mortaliũ hũanis
honoribꝰ non contẽta: uſꝙ ad ſacrilegas ꝓceſſit ineptias: Hinc Apollinẽ cithara: hinc eun-
dem ipſum atꝙ Aeſculapiũ medicina: Saturnũ Liberũꝙ & Cererẽ agricultura: Vulcanũ
fabrica deos fecit: Hinc Aegyptꝰ Oſirim: Athenæ docta urbs Mineruã coluere: ꝙ ille lini:
hæc olei uſum artẽꝙ lanificij reperiſſe ferũt. Longũ eſt ſingła ꝓſeq: qđ apud ueteres huiuſ-
cemodi uanitatũ nullus ẽ modꝰ: quas palã dãnare nõ auſus ille poetarũ maximꝰ atꝙ cau-
tiſſimꝰ: ut qui uero paratũ forte ſuppliciũ uerebaũ: latenter utiꝙ nec minus elegant irride-
re non metuit: qñquidẽ animas eoꝝ inuentas qui uitam excoluere per artes: quoꝝ nomĩa
B uulgus mendax & omniũ fons erroꝝ in cœlum: cœli dño indignante locauerat: apud infe-
ros ponit. Noĩatim inſup ipſum medicinæ repertorẽ oĩpotentis dei fulmine detractum: ad
ſtygias undas canit. Verum hæc quæſtio inẽ eos maneat: Apud nos enĩ nulla de dijs ẽ quæ-
ſtio. Nec uero mirari unꝙ ſatis poſſum: uiros ĩ cæteris omnibꝰ tam perfectos: in ſolis ſupſti
tionibus tam delyros: & quaſi uelociſſimos curſores euntes in diuerſum & ante oculos me-
tham poſitã non uidentes: ut quoꝝ ꝓnicitatẽ miror: miſerear cæcitatẽ. Sane ſi talium rerũ
primis auctoribꝰ honor aliquis debetur: quem deberi magnũ modo humanũ modeſtũꝙ
non inficior: quid non litterarũ artiumꝙ nobilium repertoribꝰ debeatur: qui non uomerẽ
ſulcis: non telã lateri: non fidiũ tinnitũ auribꝰ: non oleũ aut uinũ gutturi: ꝙuis & auribus
& gutturi ſuos ſonos ſuaſꝙ delitias: ſed fœliciora quædã inſtrumẽta ad cibũ & ornatũ cul
C tumꝙ & medelã animi peperere? Enĩuero id debitũ ubi quæſo potiſſimũ ꝓſoluaũ: aut quiſ
eſt qui dubitet hoc ipſum litterarũ negociũ quo uel noſtrũ uel alienũ conſecremꝰ nomen:
ꝙ multo pennius ꝙ ære uel marmore uiroꝝ illuſtriũ imagines excidamꝰ? Nuſꝙ oĩno me-
lius: nuſꝙ liberiꝰ: ꝙ in ſolitudine poſſe tractari: exptus hoc ſaltẽ loquor: Sentio ꝙs animo
ſtimulos: quas alas ingenio: qđ illa operi uacuũ tempꝰ accõmodat: quæ oĩa præter illam
ubi quærã neſcio. Vacuitatẽ uero ſeu uacationẽ dici inanis litteraꝝ atꝙ artiũ fontẽ eſſe: ſi
mihi forte nõ credis: Ariſtoteli crede: qui primo metaphyſicæ ſuæ libro: circa ægyptũ con-
ſtitutas mathematicas artes ait: rõnẽ aſſerẽs: ꝙ ibi gens ſacerdotũ uacare dimiſſa ẽ. Quod
nec Plato ipſe tacuerat de eiſdẽ loquẽs in Timæo: ꝙ ſacerdotijs prædiți ſeparatim a cætero
populo manẽt: ne contagiõe aliꝙ ꝓphana caſtitas polluaũ. De ꝙrũ uita ut unꝰ e ſacerdoti-
bus nr̃is ait Cheremon Stoicꝰ uir eloquẽtiſſimꝰ narrat: ꝙ oĩbꝰ mũdi negocijs curiſꝙ poſt
poſitis: ſemꝑ in tẽplo fuerint: & rerũ naturas cauſaſꝙ ac rõnes ſyderum contemplati ſint:
nunꝙ mulieribꝰ ſe cõmiſcuerint: nunꝙ agnatos nec ꝓpinꝙs nec liberos ꝙdẽ uiderint: ex
eo tꝑe ꝙ cœpiſſent diuino cultui deſeruire carnibꝰ & uino ſe ſemꝑ abſtinuerĩt. Addit ad hæc
ꝙ biduana ac triduana inedia hũores corpis ex ocio atꝙ ĩmobilitate naſcẽtes acerrime cõ
primere & caſtigare ſint ſoliti: Multa quoꝙ de cibo de potu de accubitu: quibꝰ moribꝰ di-
uinam ingenij ubertatem facile crediderim contigiſſe.

Tractatus quintus: De uitæ ſolitariæ impugnatorib⁹: quibuſdamq; doctrinis ac conſolationibus ſolitarioꝝ.

De Rationibus quibus aliqui uitã ſolitariã reprehendũt: Ca. I

A

Ec ſum neſcius: ut hoc loco mihi uiolent occurrit ab his quib⁹ ſolitudo & litteris inimica uidetur & uirtutib⁹. Dicũt enim imprimis carere ſolitudinẽ magiſtris quibuſdã quaſi litteraꝝ diſpẽſatorib⁹: atq; ut ita dixerim: teneroꝝ altoribus animoꝝ: ſine quoꝝ ope continua profecto rara nunq; ingenia ſurrexere. Ita uero hoc dicunt: quaſi ego pueris loquar: & non his qui domiferulã pædagogũq; dimiſerint. Inſtãt tamẽ acrius & eruditis etiã uiris diſtrahi ingeniũ huc illuc ꝓſpectu uago & cœlo liberiore confirmãt. Quod quidẽ ubi grande aliquid molitur rapidi more cornipedis: magno quem ſaltui præpares frenandũ colligendũq;: doctus nemo negauerit. Hui⁹ ſentẽtiæ patronũ Quintilianũ habẽt: qui libro oratoriaꝝ inſtitutionũ niſi fallor nono: cum ſecretũ & liberum arbitris locum: & q̃ altiſſimũ ſilentium ſcribentibus maxime conuenire: deq; hoc neminẽ dubitare dixiſſet: ꝓculdubio hac in parte mecũ ſentiens: mox adiecit unde diſſentiens uideretur: Et non tamen inquit ꝓtinus audiendi qui credunt aptiſſima in hoc nemora ſyluaſq; : q̃ illa cœli libertas locorũq; amœnitas ſublimẽ animũ & beatiorẽ ſpiritũ parent: mihi certe iucũdus hic magiſ q̃ ſtudioꝝ hortator uidetur eſſe ſeceſſus. Nanq; illa ipſa quæ delectant neceſſe eſt auocent ab intentiõe operis deſtinati. Neq; enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt: & quocunq; ipſe reſpexit deſinit intueri qđ ꝓpoſitũ erat. Satis utiq; dixerat: & tamẽ ut penitus ita ſibi ꝓſuaſum ſcias inſiſtit ac repetit: Quare inquit ſyluarũ amœnitas & præter labentia flumina: & inſpirãtes ramis arboꝝ auræ: uolucrũq; cantus: & ipſa late circũſpiciẽdi libertas ad ſe trahunt: ut mihi remittere potius uoluptas iſta uideat cogitationem q̃ intẽdere. Ecce igitur ut aduerſum mẽ nõ ſpernẽdus teſtis ĩ iudiciũ uenit: q uelut auctoritati ꝓpriæ paꝝ fiſus Demoſthenis haud uulgaris equidẽ notæ uiri: ſed abſq; æmulo graiæ facũdiæ principis factũ profert opinioni ſuæ cõſentaneũ. Et Demoſthenes qdẽ inquit: Meli⁹ q ſeĩ locum ex q̃ nulla audiri uox & ex q̃ nihil ꝓſpici poſſet recõdebat: ne aliud agere mentẽ cogerẽt oculi: Habes o ſtudioſe ſyluarũ ſectator miratorq;: Dicat aliqs q̃ ſyluas & colles & ſeceſſus auios: nõ tãtum inutiles ſtudijs opinet ſed dãnoſos: Quid hic dicãs? Negẽ aut locutũ uera Quintilianũ: aut recte feciſſe Demoſthenẽ: ĩmo uero uel ĩ ſentẽtiã hoꝝ ibo: uel hos in ſentẽtiã meam trahãs? Cõuenire ſecuri⁹: q̃ luctari: Poteram nempe ꝓfacile hos incurſus auertere: q oratores ambo: hic qdẽ clar⁹: ille clariſſim⁹: Nec dubiũ nulli ſtudioſoꝝ generi min⁹ ſyluas & ea de quibus hic loquit atq; oĩno ſolitudinẽ cõuenire: qđ expreſſi⁹ dicam cũ ad exempla ꝓuenero. Sed non hinc euadere eſt anim⁹: nec fuga nec bellũ placet: cõcordiã quero. Itaq; q̃uis ego nuſq; fœlicius q̃ in ſyluis ac montib⁹ ingeniũ experiar: nuſq; mihi paratiꝰ & magnifici ſenſus occurrãt: ſicubi tamẽ magnificũ aliqd occurrit & æqua cõceptib⁹ ỹba reſpõdeãt: nolim tñ: qđ mihi forſan ſingulare ẽ: ad uniuerſos trahẽs dictũ factũue tantoꝝ hominũ dãnare: qn utrũq; potius amplector & ꝓbo: neutrũ noſtro ꝓpoſito aduerſum. Neq; enĩ ſtudioſis impero: ut in ſyluis aut mõtib⁹ libros ſcribãt: ſed permitto ut tali ſpectaculo recreatũ animũ in anguſtias cogant tacitas atq; reconditas: q̃s tamẽ nullo loco aptiꝰ q̃ in ſolitudĩe poſſe cõtingere: qs ẽ qui nõ q̃libet urbiũ amicus intelligat? Fuſcũ igitur ac ſilentẽ locũ qui ad ſcribẽdũ uenit eligat. Hoc enĩ iubẽtib⁹ nõ obſiſto. Qđ diurno ſcriptori dictũ: nocturnus nõ reſpuat lucubrator. Qua ĩ re ipſius Quintiliani cõſiliũ nõ inefficax exptus: tecum ſtudioſiſſime paŕ: & cũ lectore cõmunico. Ille eñ laudãs Demoſthenis hũc morẽ: ad extremũ ait: Ideo lucubrãtes ſilẽtiũ noctiſ & clauſum cubiculũ & lumẽ unũ uelut rectos teneat: Nihil hoꝝ ut arbitror ſolitudini obſtare: ſed fauere cũcta fateberis. Itaq; ſi inter tantas uoces audior: cõſiliũq; nouũ non deſpicit: & hos ſequor & longiꝰ euectꝰ ſi loci optio integra eſt: ſcripturũ noui aliquid admoneo: quotiẽs ſe exemplo Demoſthenis includet.

B

C

Q; ſyluæ: loca uirentia & amnes plurimũ conferũt ſolitariĳs: Ca. II.

A

Llud ante ꝓuiſum ſit: ut poſt ſecũdos ĩgenĳ ſucceſſus egreſſu facili in ſyluas & loca uirẽtia: quoq; nihil ẽ muſis amici⁹ queruli amnis in ripam grauedinẽ poſſit fatigationẽq; deponere. Nec ideo min⁹ in aruũ ingenĳ rerũ ſemina iacere: & int ipſum quietis reparãdiq; animi tempus uenturo labori materiam præpare: utile ſimul & iucũdũ opus & actuoſa requieſ & quiet⁹ labor: ut cum ad ãguſtã illam Demoſthenis ac ſecretam

aream reditū fuerit: ſententiaꝝ ſementē inutilibus excuſſis: uotiua uerboꝝ meſſis æquipa-
ret: atq; ita nullū ſtudio tempus iners aut inane præterfluat. Qđ his præcipue dictū ſit qui
oratiões texūt aut hiſtorias: Nam qui philoſophiā: ac maxime qui poeticā meditanť: q̄buſ
acuta potius & arguta q̄ multa cōquirere mēs eſt: eos libertati ꝓpriæ relinquēdos cēſeo:
impetum ingenij ſequantur: Conſidant ubicunq; eſt animus: ubi locuſ tempuſq; ſuaſerint
aut ubi ſe ſtimulis maioribus adigi ſenſerint: ſeu cœlo aperto: ſeu clauſæ tecto domus: ſeu
ſolidæ rupis obtentu: ſeu patulæ pinus umbraculo: Non multorum euolutione uolumi-
num eſt opus. Illis iam ante perlectis in animo legunt: ſæpe etiam in animo ſcribunt lectio-
ne præterita: ſed præſenti ingenio ſeſe attollunt: Nempe ſupra humanum modum rapian-
tur oportet ſi ſupra hominem loqui uolunt. Id ſane locis apertiſſimis expeditius fieri inter-
dum & alacrius animaduerti. Vnde ſæpe montanū carmen quaſi hedū e toto grege lætiſſi-
mū atq; lectiſſimū uidi: & nitore inſito admonit⁹ originis: dixi mecū: Gramē alpinū ſapis:
B ex alto uenis. Eqdem ut huic tandē articulo finem faciā: & Marcus Tullius & Virgili⁹ Ma-
ro: quos eloquētiæ principes latinæ nemo eloquēs negabit: huic conſilio hærebant: dū alť
cum ſæpe alias: tamen præſertim ad tractatū legum ciuiliū acceſſur⁹ frondoſas quercus &
delectabiles ſeceſſus: qđ q̄ ibi ſcriptū memini: ripam & umbrā: & ꝓceriſſimas populos: &
concentū auiū: & ſtrepitū fluuioꝝ: atq; æquas in partes ſciſſi amnis in medio inſulā paruā
& huic noſtræ ſimillimā quæreret. Alter aūt ſuū alexim quiſq; is ē paſtorio carmie lauda-
turus: Inter denſas umbroſa cacumia fagos aſſidue ueniens: ſolus in montib⁹ & ſyluis id fa
ceret. Platonē ſecuti ambo: qui inter ocioſa cupreſſeta & ſpacia ſylueſtria: de inſtitutis rerū
C publicarū deq; optimis legibus diſputarat. Nota nimirū & uulgata cōmemoro. Multū tpe
poſterior Cyprian⁹: fide autem prior & martyrio clarus nec obſcur⁹ eloquio: tale quiddā
& ſenſiſſe uideť & ſcripſiſſe: qđ unū ex multis ingens mirator eius Auguſtin⁹ in libris ſuis
quaſi illius ingenij expimentū & eloquētiæ guſtum ponit: quæ in eo q̄ta eſſe potuerit: niſi
grauitati rerū deditus: uerboꝝ neglexiſſet ornatū loci illius cōmemoratiōe notū nobis eſſe
uoluit: Vbi ingeniū exercēs: nō ait: hunc thalamū loco abditū: cinctū muris: cōmunitum
ſeris: marmorea opacū celatūq; teſtudine: aut tale aliqd: ſed: Quid petam⁹ inqt hanc ſedē:
dant ſeceſſum uicina ſecreta: ubi dum erratici palmitū lapſus pendulis nexibus: p arundi-
nes baiulas repunt: uiteam porticū frondea tecta fecerūt. Ecce quā porticū & quā ſedē uir
ſanctus & eloquēs appetebat: uites palmites: frondes arūdines: & inter hæc ſtudioſis ſem-
per amabile ſecretū: quod utiq; non optaret ſi præter muros ac tectum nullis bene ſeceſſi-
bus igeniū crederet. Poſſem nūc apud alios hocipſū quærere: & pluriū teſtimonio rem fir-
mare ni uererer ne aut fidei min⁹ habuiſſe tantis teſtib⁹: aut curæ amplius ſuſcepiſſe dicerer
q̄ oportet: Hactenus ea lege diſſerui qđ ſentirem: ut nullam ingenijs legem impoſuiſſe me
ſentiant quæ hæc legent: Si quis adeo abūdans ocio erit ut ocium noſtrū legat: Singła igiť
examinent de ueritate rerum: non tam mihi uel alijs q̄ expientiæ crediturí.

De interpretatione uerborum Senecæ: quibus ſolitudinem impugnare uí-
detur: Ca. III.

A i Am uero qui ſolitudinē uirtutibus inimicā uolūt: aſtipulatorē uidenť inter cæteros Anneū Senecam habere: qui epiſtolarū ſuarū quodā loco: oīa nobis mala ſolitudi-
nem ꝓſuadere. Et rurſus alio loco: Mala ibi cōſilia agitari: cupiditates improbaſ ordinari:
audaciam acui: libidinē irritari: iracundiā inſtigari: ait. Quæ ſi indefinite aut uniuerſaliter
dicerenť: haud dubie uel Senecæ reſiſtendū uel ſolitudīs patrociniū deſerendū erat. Sed nō
ita eſt. Ea enī non niſi de ſtultis & qui paſſiōibus uincunť dicta eſſe: luce clarius in ipſis Se-
necæ uerbis apparet. Lugentē inquit timentēq; cuſtodire ſolemus ne ſolitudie male utaťur.
Audis aliquē ſolitudine ꝓhiberi: Sed aduerte cauſam: luctum ſcilicet & timorē: acerrimas
animi paſſiões. Qđ ipſum latius extendēs: Nemo eſt inquit ex imprudētibus qui relinq
ſibi debeat. Id utiq; uerum eſſe quis non uidet? Qui enī impos ſui eſt: mox ut ſibi relinqui-
tur oportet ut ruat. Talibus qdem ego non inimicā modo ſolitudinē: ſed nec amicam ur-
bem iudico: eo tamen amiciorem q̄ illa ut criminū miniſtros: ſic & ſcrutatores habet &
uindices: hæc impunitatis & latebraꝝ ſpe reiicit legum metum & reuerentiam honeſtatis.
Cæterum altera libertatē impudentiāq; peccādi: altera fautores ſcelerū atq; inſtrumenta
B ſuppeditat: utrūq; peſtiferū: uerum ea naturæ ꝓuerſitas: non ſolitudinis culpa eſt. Qđ ut
ꝓrſus ita eſſe nec aliud Senecam uoluiſſe ꝓuideas: eadē epiſtola illā ipſam ſolitudinē mœ-

ſtis ac pauidis & imprudẽtibꝰ interdictã: Lucillo ſuo non modo ꝓmittit: ſed ſuadet ac præcipit. Sic ẽ inqt: nõ muto ſententiã: Fuge multitudinẽ: fuge paucitatẽ: fuge etiã unũ: nõ habeo cũ q̃ te cõicatũ uelim: & uide qđ iudiciũ habeo: audeo te tibi credere. Durũ niſi fallor ac præciſum dogma. Fuge inqt multitudinẽ: libenť id qdẽ. Fuge paucitatẽ: patior nõ moleſte. Fuge etiã unũ: nil ẽ quo me ulteriꝰ trudas: ad extremã ſolitudinẽ coartaſti. Quid iam reſtat niſi ut meipſum fugiã? Sed & tũc tamen unũ fugero: nõ habeo cũ q̃ te cõicatũ uelim: Mirũ. Ego uero habeo cum q̃ te: & fortaſſe plures: ſed ꝓfecto unũ habeo. O ſi nunc tale aliq̃d amico conſulã: Exclamabũt undiq; ſolitudis ac uirtutis aduerſarij: meq; ſaxeum & inhumanũ dicent. Atqui Seneca tantꝰ uir chariſſimo omniũ amico præcipit etiã unũ fugere: at ꝓfecto cõſummatoq; uiro loquiť. Hoc ſi qs dixerit cũ bona uenia negabo: Proficiẽtiũ potius q̃; ꝓfectoꝝ ex numero fuiſſe Lucillũ iuratꝰ teſtis Seneca ipſe fatebiť: quẽ & ſi frequenť laudet: q amantiũ mos eſt: ſi ꝓfectũ tamẽ noſſet: nec totiẽs hortareť nec aliqñ reprehẽderet. At ſi ſtudijs ſaltem uirtutiq; dedito: dicat aliqs hic: fatebor: ſed eo plane reuertimur quo uolebã. Neq; enĩ ego alijs q̃; litterarũ & uirtutũ ſtudioſis loquor: reliqs ſalubre conſilium nullũ habeo niſi ut ante oĩa uitam mutẽt: tum de loci oportunitate uidebimus.

Q̃; ijs quibus oportuna eſt ſolitudo non ſit ſuadendum ut amicitiæ iura cõtemnant: & q; turbas non amicos fugiant: Ca. IIII.

c Eterũ his ipſis q̃bus ſolitudinẽ oportunã dixi: nunq̃; ſuaſi ut ſtudio ſolitudis amicitiæ iura cõtẽnerẽt: Turbas non amicos fugiẽdos dico. Q̃; ſi quis eſſe ſibi amicoꝝ turbas æſtimat: primũ uideat ne fallať. Id uero maxime deteget repẽtina neceſſitas mutatioq; fortunæ: quæ ſicut optanda nõ eſt expiendi cupidine: ſic ſi accidat expientiæ & diſcutiendis erroribꝰ multũ confert. Deinde ſi ut reliq̃rũ reꝝ: ſic amicitiaꝝ alter altero ditior fuerit non mouebor: Nec tam amicos fugere ſolitariũ monebo: q̃; optare: ut ad ſe uiſendum ſingulatim potius q̃; cateruatim ueniãt: non ocio tædiũ ſed ſolamẽ & auxilium laturi. Sit ociũ modeſtũ & ſuaue nõ inſolens: Sit ſolitudo trãquilla nõ ferox: Sit deniq; ſolitudo non ĩmanitas: In quã qui uenerit mireť humanitatẽ quæ ab urbibꝰ exulat: ſyluas incolere: ſeq; urſos in populis ac leones: ĩ ſolitudĩe angelicũ hoĩem ĩueniſſe. Ita plane ſentio: atq; hũc me diũ inter extrema callem teneo: Alter nõ niſi inter turbas gaudet: huic miſericordia magis q̃; redargutio debeť. Alť aũt inqt: fuge etiã unũ: huic neſcio qđ dicã. Tãgis fateor Seneca & auctoritate premis tua: inclinaturꝰ forſitan niſi alter obſiſteret nõ te minor: & ſi maiorem dixero: credo nõ indignabere. Marcus Cicero amicitiæ legẽ tractãs nõ hos tantũ qbꝰ amicitia poſt uirtutẽ iucũdiſſima reꝝ eſt: ſed aſperos etiã & ĩmanes hũanãq; ſocietatẽ atq; congreſſum fugiẽtes: q̃rũ uix unicũ exẽplũ toto orbe repit: pati nõ poſſe ait: niſi acq̃rãt aliquẽ: nõ dixit amicũ: natura enĩ obſtabat: ſed apud quẽ euomant uirꝰ ſuæ acerbitatis: ſumptaq; hinc occaſiõe: Tarẽtini Archytæ dictũ refertc: uiꝰ ea ſẽtẽtia ẽ: Neminẽ nõ modo ĩ terris: q̃; ta libet reꝝ afluẽtia: ſed ne in cœlo q̃dem præſenti ſyderũ cõſpectu mũdiq; noticia fœlicẽ eſſe poſſe niſi habeat cũ quo illa ꝓticipet: ſic naturã nihil oĩno ſolitariũ amare. Idẽ famoſiore alio q̃dam loco: Si oĩa nobis inqt quæ ad uictũ cultũq; ꝓtinẽt q̃ſi uirgula diuina: ut aiunt: ſuppeditarenť: tñ optimo quiſq; ingenio negocijs oĩbꝰ omiſſis totũ ſe in cognitiõe & ĩ ſcientia collocaret. Deinde ut ironice locutũ ſcires: apte ait: Non eſt ita: nã & ſolitudinẽ fugeret. Ecce q̃; paucis uerbis: quæcũq; de ſolitudĩe loq̃mur damnaſſe uideť & fecerat niſi ulterius ꝓceſſiſſet: ut nõ tam Ciceronis dictũ exponendũ nobis: q̃; oratoris teſtimoniũ: licet in philoſophiæ libris ſcriptũ ſeu ſuſpectũ ab hoc iudicio repellẽdũ eſſet. Sed ut liqueat qđ extrema & inhũana tantũ ſolitudĩe illũ loq; quã qui fugit: ꝓfecto unũ etiam nõ fugit: atq; ita non noſtram: ſed diuerſam potius damnare ſententiam: nec fuga ſolitudinis ĩ turbam iri uelle: ſed id ſolum ne amore ſolitudinis humanitas fugiatur. Vide quid addidit: cum enim dixiſſet: & ſolitudinem fugeret: non dixit & ſocios: ſed & ſocium ait ſtudij quæreret: tum docere uellet: tum audire: tum diſcere. Cum igiť tantis bonis ornata ſolitudo ſi ꝓticipe careat intolerabilis etiã ferocibꝰ animis hũanũq; poſis cõmertiũ uideať: q̃d mitibus & hũanitate præditis uideri debet? Q̃; ſi amicitiæ ignaris collocutor unꝰ tm̃ ſolacij afferre creditur: quid ueris amicitiæ cultoribꝰ fidelis amici cõuerſatio allatura ſit: in quo ſe ſe uideãt: ex q̃ ueꝝ audiãt: cũ quo: ut Cicero idẽ ait: ſic oĩa loq; audeãt: ut ſecũ de q̃ nulla ſuſpicio: ſub q̃ nulla fraus: ꝓ quo nullus labor nõ ſuauis: ſine quo nulla ſit dulcis quies: a quo demum & aduerſæ præſidia & ꝓſperioris fortunæ ꝓueniãt ornamẽta? Hunc ego ſi a ſolitudine ſeclu-

dendū arbitrer:durus ſim: Nec uero unq̄ mihi amici præſentia interrūpi ſolitudo uidebit̄ ſed ornari. Ad poſtremū ſi alterutro carendū ſit:ſolitudīe ipſa priuari maluerim q̄ amico. Sic itaq̄ ſolitudinem amplector:ut amicitiā non repellam:neq̄ fugiam etiam unū:niſi forſan is ipſe ſit cuius mores etiam in urbib⁹ fugiendos:uitæ trāquillitas non negligēda ſuadeat. Tota res igitur ad hoc redit:ut ſicut cætera oīa: ſic ipſam ſolitudinē cum amicis partiar:nullius boni ſine ſocio iucundā poſſeſſionē humani⁹ ab eodem Seneca dictū credens: ſolitudinē uero magnū & dulce bonū eſſe nō dubitās:ab ea aūt non ſceleſtos modo ſed inertes & ignauos arceā. Vt enī Tiberij ſolitudo odioſa eſt:qua Capreas inſulā īmeritā:perpetua cōmaculauit infamia: ubi ſeuiciæ ac libidīs officinā inſtituit fer⁹ & fœdus ſenex: Sic Seruilij Natie ſolitudo ridicula eſt: q̄ non procul inde Neapolitano in littoræ ꝓpe Campaniæ cunias latens ſenuit ocio famoſus inutili:& intra uillulæ ſuæ ſeptū non tam habitās q̄ ſepultus: Et q̄ multos eſſe credim⁹ ubiq̄ Seruilios. Sed hic ante alios occurrit quē irriſor nobilis notum fecit & præſtitit ne inferre coætaneis noſtris ueritatis iniuriam exēpliq̄ moleſtiā cogeremur. Iam intelligis ad quos quæcūq̄ de ſolitudine dicta ſeu dicēda ſunt referam: Verū quia non omnib⁹ eſt datū uel ſanctitate uel litteris excellere præclaroq̄ ocio poſteritatis amorem ac noticiā ꝓmereri:ut nec præſens gloria:nec ſequētis æui fama ſollicitet:pro qua multi uitam uolūtarie ꝓfuderunt:& ob idipſum clari ſunt habiti. Q̄ti facies ut iam tandē ad ꝓpoſitū reuertar:hoc q̄ tulūcūq̄ uitæ tēpus: cui⁹ cum ſemel effluxerit recolligēdi repandiq̄ ſpes nulla relinquet̄ tuū eſſe? Quodq̄ nulli mediocrit̄ erudito uetitum eſt cogitādo ſaltem legēdoq̄ placidis fotū thuris: & rerū uinculis explicitū animū habere deo & rōni ſubditū:cætera liberū: Corpus quoq̄ graui iugo eductū:animoq̄ ſoli ſeruiēs: Et ſi quando per inſolentiā rebellarit: mox imperata facturū: ereptū mille laborib⁹:mille periculis:mille ludibrijs:poſſe ire pro libito:ſedere:cōſiſtere: loqui:cōticeſcere:meditari nō interpellantib⁹ negocioſis atq̄ ſollicitis:quibus miſeris eſſe non ſufficit niſi ad miſeriæ cumulum alieniſq̄ miſerijs abutant̄.

E

De ſingulari gaudio ſolitariorū in dimiſſione temporaliū: Ca. V

A

q Vid de præterito gaudiū dicā qđ uelut a tergo uenit? Eſt qdē illud Virgilij notiſſimum Forſan & hæc olim memīſſe iuuabit. Nec illud ignotū: Iuuat euaſiſſe toturbes Argolicas: medioſq̄ fugam tenuiſſe per hoſtes. Apud eundē poetam duo hæc diuerſa uerbor̄ ſono:ſed eodē ſpectātia:unus idemq̄ loquit̄ Aeneas. Audis ut ꝓprie int̄ labores futuri tempis uerbo uſus:illis exactis præſenti utitur: & ubi dixerat: Iuuabit meminiſſe:iuuat inquit euaſiſſe. Sic eſt enī: dulce nōnūq̄ eſt amara recordari demulcētq̄ animū trāſmiſſa picula q̄libet in ptē:habet enī & ꝓſperitas picula ſua:nec pauciora certe:nec leuiora & ꝓfecto fallaciora q̄ aduerſitas. Q̄ metui neqd libyæ tibi regna nocerēt: Apud ipſum Virgilium anxius pater ait. Q̄ta ergo delectatio: q̄ta ſecuritas ſolitudinis metuenda quælibet emēſe & a tergo ꝓcul ſua mala numerātis. Q̄ delectat illæſum trāſiſſe peſtifera: & in biuio ubi ad læuā mors erat: dextrorſum tenuiſſe: eoq̄ magis q̄ in partē alterā deliberatio ꝓnior fuit. Habet enī hoc natura: ut ubi maius præſētiuſq̄ diſcrimē fuiſſe recolitur: ibi de præterito plus gaudij ſit. Qđ ita eſſe nunq̄ clarius q̄ poſt ancipites ægritudines: poſt horrēda naufragia:poſt hoſtilē carcerē formidataq̄ bella ꝓpēdit̄. Itaq̄ ſanitati reddi-
B tos:portūq̄ tenētes:& ex inſperato uinculis elapſos:aut uictores crebro audias piculor̄ hiſtorias ſuor̄ cū gaudio renarrantes. Q̄ uero ſuauit̄ in animū redeunt: uel ſpretæ mundi blanditiæ:uel contēpti honores:uel bñ ſparſæ diuitiæ:uel deſpectæ uoluptates:neglectæq̄ minæ:uel alto aīo calcata calamitas:uel q̄q̄d oīno fallere potuit nec fefellit. Sed tñ potiſſimū hæc delectāt:cū ꝓrſus euaſeris:ut nullus iam periculi metus ſit.

Tractatus ſextus:De ignorātia:erroribus & ſtultícia habitatorū urbium: ac præſeruatione ſolitariorū ab iſtis:eorūdemq̄ libertate.

De tædio ac ſtultícia occupatorū & urbium habitatorū: Ca. I

A

c T ut mīma etiā quæ uident̄ attingā:parū ne tibi uidet̄ q̄tidiano illo tædio caruiſſe:q̄uix habitator urbiū unq̄ caret:q̄ ſcilicet non tm̄ hoī hō: ſed ſibi etiā ægra mens parit ſecū ipſa diſcordās? Occurrēt tibi paſſim in platæis urbium ſtultor̄ greges:quib⁹ nihil ſit in ore frequentius q̄ uerba illa grāmaticor̄: Pigēt:tædet ac pœnitet:Et illud Terentij:Nec quid agā ſcio: Credo ſingſa:præcipueq̄ nouiſſimū:nam ſi quid agerēt ſcirent: cōfeſtim querelæ oēs cōquieſcerēt. Cui⁹ enī

rei tedet: oro te: niſi ignorãtiæ ſtulticiæq; ꝓpriæ? Senecæ uerbũ eſt: Omĩs ſtulticia laborat faſtidio ſui. Nõ placet eis uita: Nec ĩmerito: Nihil enĩ habẽt ſtabiliti conſilij: nihil firmi: nihil ad extremũ placiti: qm̃ ut ibidem ait idem: niſi ſapiẽti ſua non placẽt. Neſciũt quid agãt ſeq; id neſcire non neſciũt neq; diſſimulant: Conſequẽs eſt ut ad quid uiuant neſciãt. Quo modo igitur ament: qđ cui uſui ſit ignorant? Plæriq; ita uiuunt quaſi ad nihil aliud q̃ ad ſeruiendũ gulæ ac uentri ſeſe natos putent: prorſus infauſta mancipia tam turpib⁹ domi/nis addicta. Qđ ita ſe habere ne qua dubitatio ſit: quæri int̃ eos ſolet: ſi qua natura parẽ/ B
tis indulgẽtia homini uitam daret: non ſomni neq; concubit⁹: non cibi neq; potus indigen tia: ſed cui abſq; his adeſſet & quies & ſoboles & ſobria iugiſq; ſatietas: An optabilior ea uita eſſet: an hæc nr̃a quæ neceſſitatib⁹ tã mr̃tis obiecta ſemp atq; ſubiecta ẽ. Et q̃tiẽs caſu aliq̃ his diſceptatiõib⁹ interfui: & ĩ finẽ tacit⁹ intẽdẽs: raro aliquẽ ex his audiui qui nõ hãc noſtram miſeriã illi beatitudini præferendã intrepidæ diffiniret: Quin illud inſania exultã/tes dicere ſõliti ſunt: Nam quid ſi ſomnũ: ſi concubitũ: ſi cibum potũq; ſubtraxeris acturi ſum⁹? Aut quænam uita futura eſt: uitæ munerib⁹ & officijs ſpoliata? ut penitus præ ſe fe/rant & impudẽtiſſime fateant̃ ad nil ſe aliud uiuere: q̃ ad ea quæ cõmunia brutis animan/tibus ſunt nobiſcũ. Quaſi uero non perditũ illud tempus: quo breuiſſimã hanc uitam cum ſomno & uoluptate partimur: ĩ meliorib⁹ curis: & uel in contẽplatiõe dei uel in cognitione rer̃ uel ĩ exercitio ỽtutũ poſſit expẽdi: Quoq; graui⁹ ſtomacheris: omni fere ſanioris cõſi/lij ſpe ſublata: deũ memoriãq; meam teſtor: hæc me ſæpius ex ore ſenũ audiſſe q̃ iuuenũ.

De errore quorũdaũ ſenũ occupatorũ & urbiũ habitatorũ: Ca. II.

A noſtror̃ ſenũ grauitas atq; maturitas eſt: ut a uoluptate diuelli miſerũ ducant: A
e mortem ante oculos habẽtes: mox e putri ruinoſoq; mẽbror̃ habitaculo miſeros auulſuram adeo uoluptatis nomẽ ab adoleſcẽtia dilectũ uſq; in ſeniũ dulce eſt: ut ſi uoluptas deſit: uoluptatis effectũ ſpernãt: nec niſi fœdo & cœnoſo tramite uelint q̃ cupiunt pueniſſe: ꝓrſus infœlices & erronei uiatores: q̃ terminũ oderint: uiã ament iam termĩo pro pinq̃ntes. Quor̃ ſi qs ad fatendũ talia tardior appareat: ita tñ dubitantẽ: ita diſputãtem audias: ut intelligi deẽ pudore eũ a falſo magis retrahi q̃ animi iudicio uer̃ ſeq. De his in B
libro ueræ religiõis Auguſtin⁹: Quib⁹ inqt uilis ẽ corpis ſalus malũt ueſti q̃ ſatiari: & ma/lũt frui genitalib⁹ mẽbris q̃ nullã talẽ cõmotionẽ pati. Inueniũt̃ etiã q malint dormire: q̃ nõ dormire: cũ oĩs illi⁹ uoluptatis finis ſit nõ eſurire ac ſitire & nõ deſiderare concubitũ: & non eſſe fatigato corpe. Nec longe poſt: Qui ſitire inqt & eſurire uolũt & in libidinẽ arde/ſcere & defaſtigari ut libent̃ edant & bibãt & cõcubãt & dormiãt: nõ dixit amãt miſeriã & dolorẽ: Nemo eſt enĩ tam auerſus a ſalute ut doloris & miſeriæ nomẽ amet: ſed amãt ĩquit indigentiã: quæ eſt initiũ ſummor̃ dolor̃. Conſtat aũt: ſicut effect⁹ ĩ cauſis: ſicĩ amore cau/ſarum amorẽ effectuũ contineri. Itaq; concludẽs terribilit̃: Perficiet̃ ergo inquit in eis qđ amãt: ut eis ibi ſit plorat⁹ & ſtridor dentiũ. Vides ut ex cauſa effectũ elicit: quia amarũt in/digentiã miſeriã conſequent̃. Multa ibi præterea diuine in hanc ſententiã diſſeruit. Res eſt autem uulgi ipſius confeſſione notiſſima. Itaq; ꝙ ait: Inueniri qui hoc malint: dicere poſſu/mus: inueniri iam paucos qui aliud uelint: ꝙ & ſi oculos paulo altius attollere nitunt̃: uul gari fumo ac puluere excæcati nequeũt: neue ad meliora uocantib⁹ aurem præſtent: ſtrepi/tuſ ac populariũ error̃ fragor impedit. Ita parſ magna mortaliũ ſe uolẽs ſeu coacta bælua/rũ morib⁹ ꝓcurua in terrã & corpi obſequẽs: animi negligẽs: ſine ỽtutis illecebra: ſine ulla noticia ſuimet ſpm̃ trahit ingloriũ atq; anxiũ: Quis eĩ natura melior int̃dũ purgat ac uel/licet & admoneat ſui: obſtant tamẽ impedimẽta quæ dixi: Hinc uitæ odium: hinc tædij ra/dix: hinc illa inquietudo animi qua nil peius patitur mortalis homo dum uiuit. Quid igi/tur miri eſt ſi horum actus & conſilia fluctuant: ſi quicqd inceperint non delectat? Non eſt enim qđ uolebant cum nil penitus certi uelint. Certum & ſemper unum uelle ſapientis eſt ſignũ: Votor̃ incõſtantia ſummũ ſtulticiæ argumẽtũ eſt. Nõ deſinã tibi Senecã inculca/re id oranti: quẽ portũ petat: nullus ſuus uent⁹ eſt. Itaq; ſimul eunt: redeunt: & utrũq; cũ tæ dio. Vidiſti aliq̃ ut ſe raptim loco moueãt: ut gregatim ꝓdeãt: ut repente diſſentiãt. Cum unus hac ire cupiat: alius illac: quomodo enĩ inter multos cõueniãt: cum ſecum quiſq; diſ/ſideat uſq; adeo: Libet enim immorari: ut quem pauloante uideris non agnoſcas: & quem nunc noſſe uideare: poſt paululum percõtari oporteat cuias ſit. Ita nunc læti: nũc triſtes ſũt: nunc humiles: nunc elati: nunc ſenio graues ſunt & immobiles: nunc puerili leuitate uolu/biles: ut illa iam parium colluſio & temeraria iræ collectio: poſitioq; & mutatio in horas:

quæ infantibus Flaccus attribuit: propria & peculiaria ſenum ſint: Quorum inſtabilitas eo damnoſior: quo liberior & monitores aſpernatur & auctoritate ſe contegit & exemplo nocet. Et ſi enim cuiuſcꝫ natura ſuis uitijs abundet: magna tamẽ pars malorꝫ ex æmulatione q̃dam imitãdicꝫ libidine nata eſt: Nam quis uncꝫ imitator ſui ducis errore contentus fuit? Trãſcendere delectamur & conſpici: & q̃s ſequebamur poſt terga relinquere. Dedit hoc
D præceptũ (fateor) eloquentiæ ſtudioſis Quintilianus: ut imitator quiſcꝫ contendere q̃ꝫ ſeq malit: ea ſcilicet rõne: quia forſitan quem tranſire nitiẽ: & ſi non trãſierit æquabit: Eũ uero inquit nemo poteſt æquare: cuius ueſtigijs ſibi uticꝫ inſiſtendũ putat: Neceſſe eſt enĩ ſemper ſit poſterior qui ſequiẽ: Ad hoc qđ plærũcꝫ facilꝰ eſt inquit plus facere q̃ꝫ idem. Alias quocꝫ cauſas affert dicti huius: quæ ut illic cognitu pulcherrime: ita hic relata ſuperuacue ſint. Cæterũ quod utiliter in oratoria: hoc eſt bene ornatæcꝫ loquẽdi arte præcipiẽ: ad artẽ male turpiterꝫ uiuẽdi damnabiliẽ eſt tranſlatũ: & qđ ille iuſſit impleuimꝰ: cõtendimus: æquauimꝰ uicimus: Iam de ſeq̃cibus duces ſumus: Venient qui nos ſequanẽ & ſupent: ut una eademcꝫ res uarie ſit ꝓpoſita: erat imitatio: edicta contentio. In utracꝫ tibi Quintiliane paruimꝰ: uerũ alio fine ꝓpoſito. Tu uerborꝫ claritatẽ imitandã dicis: nos actuum tenebras imitamur: Incꝫ hoc unũ ſtudiũ: & feruens ille conatus noſter impẽdiẽ: atcꝫ utinã tam cito boni imitatores (ſi qui ſunt) duces ſuos æquent: q̃ꝫ cito mali uincunt ſuos. Qđ ad nos attinet: datum de oratiõis uirtute conſiliũ peſſimo artis additamẽto: morꝫ uitijs applicantes: relicta nobis a patribus magno cũ fœnore ad poſteros errorꝫ exempla trãſmittimꝰ. Et miramur auctum inſaniæ cumulũ: cui oẽs adijciũt: detrahit nemo. Potiꝰ mirer ſiquid iam ad amẽtiæ ſummã deſit: tot in unũ undicꝫ coeũtibus ingenijs: tantocꝫ ſtudio magiſtrorũ. Et q̃uis actuum uitæcꝫ periculoſior ſit imitatio ubi maxima ſcilicet res agitur: tamen etiã in mĩmis furor iſte uerſatur.

De uoluptuoſa imitatione uulgariũ & uarietate habituũ eorũ qui urbes inhabitant: Ca. Ill.

A Unde enĩ hæc habituũ atcꝫ inceſſuũ indies mira ſimul ac ridenda uarietas: & nũc pedes contegẽs: nunc pudẽda nudãs ueſtis: nũc terrã tergẽtes: nũc cubitum artantes manicæ: nũc mãmillas cõterẽs: nunc ſub inguina fluẽs zona? Vnde illa muſici modulamĩs nõ ſine graui diſcrimĩe rerũ publicarꝫ: ut Platoni uideẽ? Poſtremo unde iſta uel ſtili uel q̃tidiani etiã ſermõis tam crebra mutatio? Nimirꝫ has odioſas & inamœnas nugaſ: nihil magis q̃ꝫ præceps & importuna nec ſuis uncꝫ contẽta finibꝰ inuexit imitatio: inuectaſcꝫ aluit auxitcꝫ. Quõ enĩ fieri põt ut uiuẽdi tenor idẽ maneat his qui nõ ſe uirtuti: nõ ſuo iudicio: nõ amicorꝫ cõſilijs regẽdos: ſed æmulatiõi: ſed alienæ demẽtiæ ſtultorũcꝫ furoribꝰ ſe uoluẽdos tradunt? Denicꝫ q naturã ꝓpriã ſic exuũt: patrios mores abijciũt: nihil niſi pegrinum atcꝫ aduẽticiũ ueneranẽ: totiẽs mutenẽ oportet: q̃tiẽs aliqđ occurrerit qđ mirenẽ. Nullus itacꝫ mutãdi: quia nullus imitãdi modꝰ. Cũcta illis aliena placẽt: ſua oĩa diſplicẽt: qdlibet eſſe malint q̃ꝫ qđ ſũt. Idcꝫ unũ Hercle non ĩmerito: ſi nõ animi leuitate ſed graui aliq̃ ſuarũ rerꝫ æſtimatiõe cõtingeret: unꝰ apud Senecã imitator Saluſtij Arunciꝰ rideẽ: Sed mihi crede: uicus oĩs Arũciũ ſuũ: ĩmo uero arũcios multos habet: nõ uerborꝫ mõ: ſed rerꝫ ſimias: Quo habitu: q̃ ſermõe: q̃ aĩo denicꝫ quẽ ſe eſſe uelit nemo determĩat: & ob eã cauſam q̃ſcꝫ diſſimilis ſui eſt: ueſtigijs ſenũ delyrantiũ ingreſſa: nimiũ docilis iuuẽtus: magno ſpũ ad ſupremũ ſtulticiæ acumẽ euaſit: primos ſecũdis: ac ſecũdos tertijs: atcꝫ ita deiceps facile uincentibꝰ. Sic ꝓ manus traditꝰ & inter manꝰ auctꝰ furor: q̃tus ad nouiſſimos ꝓuenturus ſit: metiri animo difficile ẽ: Q̃uis & illud forſan eſt uerꝫ: iã ad extrema ꝓuentũ eſſe: & in nobis eſſe cõpletũ: qđ ante tot ſæcula dictũ erat: Om̃e in præcipiti uitiũ ſtetit: ut ſine ruina nullꝰ ulterior ſit ꝓgreſſus. Et forte licentiꝰ inſtitiſſe uidear huic loco q̃ꝫ ſat eſt: Q̃ ſi cui nota ſit
B moleſtiarũ mearꝫ prima & maxĩa ex hũani generis: atcꝫ imprimis Italiæ cõmiſeratiõe ꝓueniẽs: unde olim ꝟtutũ exẽplaria petebanẽ: quã heu nũc uideo pegrinorꝫ rituũ imitatiõe corruptã: & domitarꝫ a ſe gentiũ: ut q̃ndã ſpolijs: ſic nunc erroribꝰ exundãtẽ: fortaſſe mirabiẽ tm̃ me dolorẽ tam breuibꝰ abſorbuiſſe gemitibꝰ: Nã qs tacitum ferat hoc neſcio unde oriẽs rerꝫ nr̃arꝫ idignũ & turpe faſtidiũ: unde turpior admiratio & cultꝰ idignior naſciẽ exẽnarꝫ? At nõ ſic maiores nr̃i: q̃rꝫ dici utinã poſteri mereremur ſua illiſ placere poterãt & placebãt. Nõ rheni uallẽ: nõ danubij fluẽta luſtrabãt ad cõqrẽdas has ĩſanias: qbꝰ Italicũ decꝰ in obſcœnã barbariẽ degenerare cõpellerẽt: ſed ĩpij dilatãdi ſtudio quærẽdæcꝫ gl̃iæ pegri-

nabãť:ſignis erectis & armatis exercitibꝰ:nõ deformitatẽ patrĩj habitꝰ:ſed triũphos & cla/
ra cognoĩa relaturi. Nec tñ uſqꝫadeo ſuiſ delectabãť ut cũcta paſſim aliena cõtẽnerẽt: Ama
bant quicqd uſquã uera laude dignũ erat æque apud hoſtes atꝙ amicos: æque apud alie/
nigenas ac uicinos: Sicubi uirtꝰ:ſicubi moꝝ ſplendor:ſicubi belli:ſicubi pacis artes : ſicubi
linguæ uel ĩgenĩj ſupellex ornatior aut opulẽtior doctrina:cupide ſuã in domũ cõuehebãt:
nulla omniũ ſpolia opimiora cẽſẽtes. Nec uero fallebat æſtimatio:nullæ enĩ ꝓfecto diuitiæ C
certiores ꝙ quæ aĩo poſſidẽť. Sicubi aũt turpe aliqd:uel caſtigare uel ſpernere ſtudiũ erat.
Noſtra uero glorioſa poſteritas magnũ ſe aliqd aſſecutã credit:ſi qs adoleſcẽs & qđ ma/
gis ſtomator: ſi qs ſenex:uel ignoti aduenæ turpe ſagũ:uel ſtipendarĩj militis ridiculã togã
ſumpſit: aut eo ꝓfectꝰ eſt unde pubetenꝰ abſciſſa ueſte domũ redeat:ſeu inſigni aliquo ludi
brio deformatꝰ:& tale aliqd paſſus liber:q̃le Dauid in ſuis ſeruis ultus eſt:tam grauiť & q̃/
le nũc eſſet ſi reſurgat inſani auus imitatoris & miſereať & ſtupeat in nepote . Quæ qdem
oĩa non aliter ꝙ ſi ad me dedecoris aut gloriæ ſumma ꝓtineat:iam pridẽ neſcio cur mœſtos
intueor:Et poſtꝙ obſeruare primũ cœpi:mirum ĩ modũ fateor:aĩo ſuſpẽſuſ expecto q̃s nã
uarietatũ modus:aut ubi res deſinat:hic ſum & mallẽ ætate q̃libet natꝰ eſſe:Et ſi enim nulli
æuo querelarũ cauſa defuerit:& ſi tempꝰ taliũ inuẽtor & coopator nõ bonꝰ:ut ait Ariſtote
les:ſed malus iam dudũ hæc portẽta decoxerit: nõdũ tamẽ ea conſũmator peſſimꝰ tempus
excuderat. Certe primi illi qđ oẽs audiuimꝰ maiores noſtri ỽtutẽ & gloriã mercabantur: D
quæ repoſita ẽ illis in memoria hominũ ſempiťna:Nos qđ oẽs uidemꝰ opprobriũ ĩmorta/
le:& meras ineptias nũdinamur:qđ ſæpe:nam nemini & uerbo & litteris queſtus ſum ne
quicꝙ:tñ incubuit nobis ira dei & iuſta nos ultio ꝓſequiť:ſic ſe læſus oĩpotẽs:ſic ſe domitꝰ
orbis ulciſciť. Ille de ingratis ſeruis:iſte de ſupbis dñis ſuppliciũ ſumit : Exclamare:quo ꝓ/
gitis ah miſeri:quo uos ultima rapit inſania? Cohibete gradũ : ſubſiſtite & uidete q̃ ruitis:
deſeruiſtis patrꝝ ueſtigia ut ãbuletis uias hoſtiũ:& q̃s armiſ uiciſtis:eoꝝ erroribꝰ uicti eſtiſ.
Repetite mores patrũ:alienos ſinite:nõ ut honeſtiꝰ tm̃ ſed ut lætius uiuatis : & aliqñ diſca/
tis unũ uelle de q̃ nõ quorũcũꝙ libidini:ſed rõni inſitæ iudiciũ tribuatis. Hæc dicerẽ & qc/
qd in rem præſentẽ indignatio dolorꝙ dictarẽt:niſi obtorpuiſſe animos actũꝙ de rebꝰ no/
ſtris crederem.

De quibuſdam cauſis errorũ & temporis amiſſiõe habitatorꝝ urbiũ: Ca.IIII.

Empe q alĩjs iter rectũ oſtendere ſolebamꝰ:nũc qđ exitio ꝓximũ eſt: cæci cæcis du A
n cibꝰ ꝓ abrupta rapimur alienoꝙ circũuoluimur exẽplo qd uelimꝰ neſcĩj:Nã ut cœ/
ptũ exequar: totũ hoc malũ ſeu noſtrũ ꝓpriũ : ſeu potiꝰ omniũ gentiũ cõe ignora/
tio finis facit. Neſciũt incõſulti hoĩes quid agant:Ideo qcqd agũt mox ut cœperint uergit
in nauſeã. Non agẽda enĩ agũt:ſed qd agant quærũt: & in denſiſſimis fruticetis difficulta/
tũ cauſas ac negocia aucupanť. Hinc ille diſcurſus ſine termĩo : hinc medio calle diſcordiæ
& ante exitũ dãnata prĩcipia & expleti nihil. Quærũt quõ diem fallãt:& q̃ſi paꝝ ſol ad oc/
caſum ꝓperet ingenio curſum iuuãt:Et ꝙ cõmunis illa uox taliũ:pellamꝰ hãc diẽ: agamꝰ
aliqd ut interim dies hæc trãſeat. Atq frenãda dies erat nõ urgẽda: Sed lõga nimiũ illis dieſ
multũꝙ nox longior. Poſtremo longa ad faſtidiũ uita ẽ:nec tantũ hyeme æſtatem : æſtate B
hyemẽ:ſed mane ueſperã:ſero aũt aurorã expoſcũt uotis utrãꝙ cũ uenerit contẽpturi: Im/
pleť in eis ad litterã:qđ ſcriptũ eſt: Sicut ceruꝰ deſiderat umbrã:& ſicut mercẽnariꝰ præſto
latur finẽ opis ſui:ſic & ego habui mẽſes uacuos:& noctes laborioſas enumeraui mihi: Si
dormiero:dicã: qñ cõſurgã:& rurſus expectabo ueſperã & replebor doloribꝰ uſqꝙ ad tene/
bras. Qđ inops afflictuſqꝙ Iob dicebat: hoc ualitudine ꝓſpera:diuites nr̃i dicũt :querunť
replenturꝙ doloribꝰ expectãdo:& cũ rerũ natura ꝓpetuo litigãtes:ſegnes horaſ increpitãt:
pigra momẽta præcipitãt:cũ ut dixi freno nõ calcaribꝰ res egeat:ſi modo frenũ ulla arte ra/
pidiſſimũ tempꝰ exciperet. Iſti aũt puto mortẽ quã præ oĩbꝰ timẽt iam adeſſe:uitãꝙ quam
præ oĩbꝰ optãt abĩjſſe iam uellẽt: tãto niſu fugã tpis ĩpellũt : quã exitĩj multis cauſam fuiſ/
ſe certiſſimũ eſt:q futuroꝝ anxĩj & præſentia ſemꝑ exoſi uiuẽdi tædio manu mortẽ arceſſe
re ſunt coacti.

Quõ iucũditas uitæ ſolitariæ præſeruet ab iſtis malis & tædijs: Ca. V.

Vid autem hæc tam multa ad id unum de quo agimus : forſan interroges : Nem/
q pe ab his malis & ab huiuſcemodi tædio præſeruat ſolitariæ uitæ iucũditas : Læte A
præſentibꝰ utiť:futura æquanimiť expectat: non pendet in craſtinũ:nihil inpoſteꝝ
diem differt quod hodie fieri poſſit aut debeat. Nec immerito. Quid enim ſtultius ꝙ futuri

deſiderio: aut ſpe qđ alienū eſt & mille caſib⁹ ſubiacet: præſens: qđ unū tuū ẽ certūq; negligere: Nūq; pẽdere deſinet qī craſtinū pẽdebit: Null⁹ em̃ dies præt ultimū craſtino carebit: null⁹ præt primū nō alicui⁹ diei craſtin⁹ fuit. Quæ res uitæ nr̃æ malū: q̃ uix ullū maius ītulit uiuẽdi ſpe nūq; uiuere: & more canis ocyorẽ ſe leporẽ inſequẽtis ſp̃ ĩanes auras morſib⁹ captare: nunq; apprehẽdere qđ ītẽdas. Siqđẽ dies craſtin⁹ ubi aduenerit: iam craſtin⁹ eſſe deſierit: Ecce iam uel craſtin⁹ alter apparet: uel idem ille clam ꝓgreſſus: & ſi enī dies alter eſt: uterq; tamẽ eſt craſtin⁹. Illum ſeqmur: ille ſemp iuxta: ſemp tamen ante ẽ & uicinitate nos fallit: & cū ad eū uenerim⁹: improuiſus elabit̃: ſic iterū atq; iterū e faucib⁹ nr̃is ereptus & ſp ante nos fugiẽs: nunq; conſecuturos ad ſequendū incitat: Ita interim nihil fit eor̃ quæ hodie fieri poſſent: Solitario cui quid agere uelit iam ꝓpuiſum eſt: cui nō modo de ptibus ſed
B de tota ætate ſemel ẽ conſtitutū: nō dies aut nox longior: ſæpe ẏo breuior ẽ q̃; uellet: dū honeſtis in reb⁹ occupatū deſerit: & ante ſuſcepti finẽ opis lux finit̃. Nouit tamen & diei noctẽ & nocti diem addere: & ubi res exegerit utrãq; miſcere: Alioqn utriuſq; partitus officia: & id omnib⁹ modis agẽs: ne datū temp⁹ cui neq; ſtimulos addere uult neq; frenū põt: inutiliter effluat. In hoc oẽ cõſiliū: oẽ ſtudiū ponit: hic ſe totis animi uirib⁹ excitat. Demū hæc illi curarū omniū ſũma ẽ: omnẽ maliciã: oẽm moleſtiã: omnẽ tedij ſenſū demẽs: hodiernū diẽ hodie uiuit: craſtinū ſi dabit̃ cras uiẽtur⁹. Illi⁹ interea ſpe ſuã rem agere nō omittit: ſciẽs illū multos fallere ſolitū & multa mẽtiri: huic poti⁹ fidem habet: qđ enī ille pollicet̃: hic præ
C ſtat. Et tanta ẽ cæcitas mortaliū: ut ſpem q̃; rem ipſam cupidi⁹ amplectant̃: Nouit præterea quis habit⁹: quis ſermo: qui mores iuuentã: qui ſenectã deceant. His animū coaptat: nulla mutatio eſt niſi quã ætas ipſa ſuaſerit: Quippe nō aſſunt quos imitari uelit: q̃buſue ducibus inſaniat. Ad naturã reſpicit: hãc ut ducẽ: ut parentẽ ſequit̃: A qua nō ueriſimile eſt: ut ait Cicero: cũ cæteræ partes ætatis bñ deſcriptæ ſint: extremū actum tanq; ab inerti poeta eſſe neglectũ. Scio hoiem: nō dicam ut Paulus: ſed hoiem in corpe uerũ & in ſolitudĩe conſtitutũ: agreſti uictu & ſtudijs contentũ ſuis: cui & ſi multa deſint ad fœlicẽ uitã: hoc nō exiguũ ſolitudis mun⁹ adeſt: q̃ ſine cõcurſu hominũ & ſine tædio: ſine ullis angorib⁹: tot⁹ illi annus læte ac trãquille q̃ſi un⁹ dies agit̃: Cũ iſti interim delicati urbani inter uina & epulas: inter roſas & unguẽta: inter cantus & ſpectacula: baccho madidi: ſomno marcidi: rerũ feſſi: undiq; tædio ſimul & uoluptatib⁹ defluẽtes diem unũ anno iudicẽt eſſe longiorem: & uix paucas horas poſſint ſine murmure faſtidioq; traducere.

Q; ſolitarius debeat regere animũ ſicut boni reges regna. Ca. VI.

A Acten⁹ hæc quæ ꝓ tpe cui⁹ mihi ingẽs penuria ẽ: ptim uiſa uł audita cõmemĩ: par-
h tim ex uiſis auditiſq; conijcio: & de altiorib⁹ quidẽ ut peccator trepide: de cõib⁹ ut exptus audaci⁹: Quod mihi cõuerſatio hæc & libertatis ſtudiũ notuſq; litterarũ ac ſolitudinis amor præſtãt: Quib⁹ iam tandẽ finis eſto ſi unũ addidero: ſolere ꝓuinciarum præſides rectoreſq; urbiũ: ubi primũ fines ſuæ ditionis ĩgreſſi ſunt: edicto denũciare malefi cis ut abſiſtãt. Qui mos adoleſcẽte me ꝓ Italiã frequẽs erat: an ſit adhuc neſcio: Nã & inde nũc abſum: & ubiq; terrarũ cũcta paulatim ĩ deteri⁹ cedũt: oẽs boni mores breuis æui ſũt: mali aũt ĩmortales. Videbam⁹ paſſim ſub præſidib⁹ nouis: manifeſtã ex urbib⁹ circũſcriptorũ furũ & lenonũ fugã: Q; q̃; ſi ad antiq̃ reſpicim⁹ aliq̃to uetuſtior illa cõſuetudo ẽ: qua oportune admodũ uſus ferẽ clariſſim⁹ ille dux in exercitu Numãtino: quẽ ſupior̃ ducũ ſecordia licẽtiaq; militũ corruptũ: acerrimo correxit impio: qñ ex caſtris coquoſ & lenones: & inſtitor̃ magnã aciẽ: cæteraq; id gen⁹ fomẽta libidinũ: cũ duob⁹ ſcortor̃ milib⁹ quæ luxuriari & fugere ſolitũ exercitũ ſequebant̃: eodẽ illo die q̃ primũ caſtra cõtigerat una præconiſ denũciatiõe ſubmouit: Quæ res multũ præclaræ illi & q̃ſi iam deſpatæ uictoriæ cõtuliſſe credit̃. Secuti ſũt alij clari duces: ſed clariſſimũ noĩaſſe ſuffecerit: Nobis ut ad rem ueni
B am: qui nō urbeſ: nō regna: nō exercit⁹: ſed nr̃i pectoris ſtatũ regendũ corrigendũq; ſuſcepimus: parua quædã uideat̃ obueniſſe ꝓuincia. Verũ ubi ad cõprimẽdos mot⁹ rebellantis animi rõnis imperiũ acceſſerit: tum primũ intelligit̃ q̃; graue bellũ difficiliſq; ꝓuincia ẽ ſeipſum regere. Quid igit̃ hic agendũ? Nempe ſi me roges q; præſides duceſq; ſolitos dixi: maius illis forte negociũ numero quidẽ fatear: Illis enī magnor̃ populor̃ aut exercituum: nobis unius aĩæ cura cõmiſſa eſt: periculo autem negem: Quid eſt periculoſius q̃; perire: q̃uis ſolus pereas: cum quibuſdam poti⁹ mali ſolatium uideri ſoleat perijſſe cum multis? Itaq; nobis quoq; pellenda flagicia: noſtris e finibus fugandæ libidines: comprimenda licentia: caſtiganda mollicies: erigendus ad meliora animus: Et quod eleganter ait Flaccus:

Scelerũ ſi bñ pœnitet: eradẽda cupidinis prauæ ſũt elemẽta: & tenere nimis mẽtes a ſupio-
ribus formandæ ſtudijs. Alij regãt urbem populi: alij militũ exercitũ: & nobis urbs animi
noſtri eſt nr̃arũ exercitus curaꝝ: bellis ciuilibꝰ & externis q̃timur: An putamꝰ ullam inqe-
tiorẽ eſſe rẽpublicã q̃ꝫ humani ſtatꝰ animi eſt? An credimꝰ leuiores nobis hic hoſtes eſſe q̃ꝫ
apud Numantiã Scipioni? Ille unã urbẽ & unũ populũ oppugnabat: nos aduerſus mun-
dum: carnem ac dæmonia certamꝰ. Quales hi tibi uident̃ hoſtes q̃ꝫ cõcordes: q̃ꝫ ſolliciti: q̃ꝫ
feroces? Venit ille dux: ut dictũ eſt: ad exercitũ corruptũ: uictis fugiatiſq; ducibꝰ ſucceſſit:
Quid nos: nunqd nõ ſatis in languidũ corruptũq; urbem uenimꝰ: & exẽplis ignauiæ refer
tũ: nõ alienæ tm̃: ſed & noſtræ? Quot cadẽtes audiuimꝰ? q̃t ꝓſtratos uidimꝰ? quotiẽs ipſi
cecidimꝰ? q̃t cadẽdi ꝓiculis ſubiacemꝰ? Oĩa circũ plena terroribꝰ: noſtri molles & eneruati
affectꝰ: hoſtes multi & indomiti: ingenſ paratũq; diſcrimẽ: nullus ſomno locus aut inertiæ.
Si ſalutem: ſi uictoriã optamꝰ: utamur exemplo uictorioſi ducis: qñ & nos reꝝ nr̃arũ duces
ſumꝰ: & ꝓiculi paritas parẽ exigit cautionẽ. Quid loquor: ĩmo q̃dem & ꝓiculũ nobis maiꝰ
& præmiũ. Illi enĩ aliena tãtũ uitia: nobiſ ꝓpoſitũ eſt & nr̃a corrigere. Ille mortalis aliqñq;
perituræ patriæ ſtatũ ſibi uero tꝑalẽ gloriã ꝓcurabat: nos ĩmortalis aĩæ ſalutẽ & æternã
uitã. Q̃obrẽ ſi maiora minoribꝰ: & ſi alienis nr̃a præponimꝰ: ſũma diligẽtia quæcũq; offi- D
ciũt huic ꝓpoſito ꝓpellamꝰ. Et quõ inquies hoc fiet? Tu ne uitia ĩ exiliũ pelles: q̃d nec le-
ges unq̃ potuere nec reges? Tu ne nouis artibꝰ res inenodabiles ut abſoluas deſperatũ ad
hoc tempꝰ iter aggrediere: luxũ diuitibꝰ: furta ſeruis: lamẽta pauꝑibꝰ: ĩuidiã plebi: nobilita
ti ſupbiã: fraudẽ curiæ: uoluptatẽ foro: diſcordiã mr̃titudini: auariciã fere oĩbꝰ extorquere?
Vellẽ poſſe: ſed nõ ſpero: & facilꝰ fateor omne ſulphur ex ætnæ uiſceribꝰ: omne cœnũ e cũ-
ctis paludibꝰ egeri poſſe: q̃ꝫ mala hæc: hos ſcelerũ ardores: has morꝝ ſordes ex urbium ſen-
tina: ubi taliũ peſſima merciũ ſedes ẽ: Inter q̃s infœlicit̃ fœlix: licet ingeniũ coaleſcat: & un-
de fœlicꝰ ſit abeſſe. Quid ergo? Ad meũ illud familiare cõſiliũ recurro: ut peſtes q̃s fugare
nõ poſſumꝰ fugiamꝰ: In quã rem unicũ ſolitariæ uitæ portũ ac ꝓfugiũ ſcio: de q̃ tã mr̃ta diſ
ſerui: ut iam uerear ne faſtidio tibi ſim: neue ipſis urbibꝰ ſolitudo tibi loq̃tior uideat̃.

Franciſci Petrarchæ Clariſſimi Poetæ Laureati: De uita ſolitaria Liber primꝰ explicit.

Tractatuũ ac Capitulorũ Secundi libri eiuſdem Frãciſci Petrarchæ: de uita ſolitaria collecta: ordinata enumeratiuaq; Annotatio.

Tractatus primus unicũ continẽs capitu-
lum ſuccincta enumeratiõe præterit no-
tiſſima exempla ſanctoꝝ atq; claroꝝ ui-
rorũ qui ſua præſentia ſolitudiuẽ illuſtra
Tractatꝰ ſecũdus: Eſt de q̃buſdam (rũt.
exemplis minus tritis patrũ ueteris teſta-
menti qui ſolitudinẽ coluerũt.
Ca. I. Tranſit ꝓ epilogationẽ præteritorũ
exẽploꝝ ad exempla minꝰ trita.
Ca. II. Eſt de ſolitudine parẽtis humani ge-
neris Adam.
Ca. III. Eſt de cultu ſolitudinis Abrahæ.
Ca. IIII. Eſt de ſolitudine Iſaac.
Ca. V. Eſt de ſolitudine Iacob.
Ca. VI. Eſt de ſolitudine Moyſi.
Ca. VII. Eſt de ſolitudine Heliæ.
Ca. VIII. Eſt de ſolitudine Hieremiæ.
Ca. IX. Eſt de cõmẽdatiõe uitæ ſolitariæ.
Tractatus tertius: Eſt de exemplis multoꝝ
ſanctoꝝ patrũ noui teſtamẽti uitam ſoli-
tariam agentium.
Ca. I. Eſt de ſolitudĩe ſancti Silueſtri papæ
Ca. II. Eſt de ſolitudĩe ſancti Ambroſij.
Ca. III. Incidentalit̃ oſtendit: q̃ nullũ uirꝰ
adeo peſtiferũ ſit & uitæ ſolitariæ contra-
rium: ſicut muliebre conſortiũ.
Ca. IIII. Eſt de ſolitudĩe ſancti Martini.
Ca. V. Eſt de ſolitudĩe ſancti Auguſtini.
Ca. VI. Eſt de ſancto Hieronymo mirifico
ſolitudinis ueneratore.
Ca. VII. Eſt de ſancta Paula quibuſdãq;
alijs matronis deuotiſſimis ſolitariæ ui-
tæ cultricibus.
Ca. VIII. Eſt de ſancto Gregorio papa ſoli
tudinis amatore.
Ca. IX. Eſt de ſancto Bñdicto ſingulari ac
deuotiſſimo ſolitudinis habitatore.
Ca. X. Eſt de ſolitudine ſancti Florentij.
Ca. XI. Eſt de ſolitudine ſancti Frãciſci.
Ca. XII. Incidentalit̃ triplicem diſtinguit
ſolitudinem.
Ca. XIII. Eſt de ſolitudine ſancti Remigij.
Ca. XIIII. Eſt de ſolitudine bti Bernardi.
Ca. XV. Eſt de ſolitudine Carlomani.
Ca. XVI. Eſt de ſolitudine Romualdi.
Ca. XVII. Eſt d̃ ſolitudĩe Petri Damiani.
Ca. XVIII. Eſt de ſolitudine Cæleſtini pa-
pæ qui Petrus ante papatũ dictus fuit.

Tractatus Quartꝰ digrediẽdo querulatur & deflet amissionẽ terræ sanctæ negligentiamq; : torporẽ & ignauiã principũ atq; pontificũ nostrorꝝ.

Ca. I. Est de Petro heremita præcipuo solitudinis cultore: occasione cuius cõmemoratæ querelæ introducunt.

Ca. II. Reprehendit reges & principes nostros: qui somno: uoluptatibꝰ: turpibus lucris: subditorꝝ spoliationibꝰ ac cæteris uitijs incumbũt: & nullus eorꝝ terræ sanctæ dispendio mouet.

Ca. III. Romanos cæsarẽ & pontificem accusat: Germanos & Græcos adijciendo.

Ca. IIII. Insinuat qliter fides catholica fuerit olim qsi p uniuersum orbem dilatata: sed nũc negligẽtia supiorꝝ mltũ mĩorata.

Ca. V. Est de excellẽti uirtute autiqꝝ Romanorꝝ in compatiõe Regũ modernorꝝ.

Ca. VI. Compat prĩcipes nostros Mahu-

Ca. VII. Est de detestatione ca- (metho. tholicorꝝ prĩcipũ eo q̃ præcipuã curam patriæ negligunt.

Ca. VIII. Dicit q̃ non ꝑ omni sed ꝑ qua patria sit merito pugnandũ.

Tractatus qntus est regressiuus ad alia altioraq; solitariorꝝ exempla.

Ca. I. Est de solitudine sanctissimi Iohannis baptistæ: atq; beatæ Mariæ Magdalenæ: quæ ex hoc sorori præferẽ.

Ca. II. Est de solitudine Iesu christi dñi & saluatoris nostri.

Ca. III. Ex epilogatiõe dictorꝝ uitã solitariam commendat.

Ca. IIII. Est de Dauid rege qbusdãq; patriarchis solitariæ uitæ cultoribꝰ.

Tractatꝰ sextus: Est de exemplis q̃rundã a christiana religiõe alienorꝝ: q uitã solitariam sectati sunt.

Ca. I. Est de uita: moribꝰ ac ritu Brachmanorꝝ: & solitudine famosi uiri Calani.

Ca. II. Est de q̃dã solitario apud Indos.

Ca. III. Est de solitarijs transaqlonẽ montesq; Rhiphæos ac gẽtẽ hyperboreã & cæteras insulas existentes.

Tractatꝰ septimꝰ Est d̃ exẽplis philosophorũ ac poetarꝝ: qbꝰ uita solitaria placuit.

Ca. I. Dicit de qbus philosophis & poetis auctor dicere uelit: cũ cõmemoratiõe clarorꝝ philosophorꝝ ad solitudinẽ cõfugiẽ-

Ca. II. Est de antiqoribꝰ poetis so- (litudinẽ eligẽtibꝰ: cum reprehẽsiua excetiõe Ouidij Nasonis & eorꝝ q̃s uel ipse aut quẽ illi sequunt.

Tractatꝰ octauꝰ: Est de exẽplis Oratorꝝ uitam solitariam amantiũ.

Ca. I. Est de solitudine Senecæ Cordubẽsis ciuis ac senatorij Romani.

Ca. II. Est de solitudĩe Tullij Ciceronis.

Ca. III. Est de solitudine Demosthenis.

Ca. IIII. Est de Anaxagora alijsq; clarissimis uiris uitam solitariã amantibus.

Tractatꝰ nonꝰ: Est de exẽplis Impatorꝝ ac bellorꝝ ducibꝰ: qbꝰ solitudĩes placuerũt.

Ca. I. Est de Iulio atq; Augusto cæsaribꝰ: qui solitudinẽ optabant & amabant.

Ca. II. Est de Diocletiano atq; Antonio pio: uitam solitariam colentibus.

Ca. III. Est de solitudine Numæ Pompilij secũdi Impatoris Romani.

Ca. IIII. Est de Romulo: Achille atq; Hercule qui solitudinẽ diligebant.

Ca. V. Est de Scipiõibꝰ Africanis singlaribus solitudĩs amatoribꝰ: tractatiõeq; illius uerbi magnifici ab altero eorꝝ ꝑlati: Nunq; se minꝰ ociosum q̃ cum ociosus: nec minꝰ solũ q̃ cũ solus esset: Cũ reprehensiõe Ambrosij: dictũ illud ad ꝑphetas transferentis.

Ca. VI. Exsnĩa dicti supioris Africani declarat de qli solitudĩe quoue ocio auctor loqui intendat.

Tractatꝰ decimꝰ: Est exhortatiuꝰ eiꝰ ad quẽ auctor scribit ut uitã solitariã amplectat remouẽsq; impedimẽta ac repellẽs argumẽta eorꝝ q huic uitæ aduersant: cũ præclara solitudinis cõmendatione.

Ca. I. Tam ob ỹtutes eiꝰ ad quẽ scribit: q̃ ob comites q̃s illi ad solitariæ uitæ solatiũ sors dedit: ad solitudinẽ suadet.

Ca. II. Est de illis quæ solitarius ꝑ debeat desiderare: & de loco habitatiõis eiusdẽ.

Ca. III. Docet q̃ q deo seruire uelit: siue artibꝰ bonis ingenium extollere: siue aliqd aliud boni facere: fugiat ne dũ opẽ ferre alijs uideat: ipse obruat: Et qd̃ in alio reprehendat ipse ne cõmittat.

Ca. IIII. Declarat q̃ nõ debeamꝰ amplas opes expetere.

Ca. V. Affirmat anxiã uitã atq; in crastinũ ꝑminẽtẽ nõ esse uitã sed uitæ meditationẽ: Et q̃ auaricia sit uincẽda: & iter ad ueras diuitias condiscẽda.

Ca. VI. Est de Remedijs cõtra pigrum progressum ad solitudinem.

Ca. VII. Est de repulsiõe argumẽtorꝝ illorꝝ qui uitæ solitariæ aduersant.

Ca. VIII. Est de hortatiõe ad solitudinem: Et q̃ urbes relinquẽdi sint occupatis ĩ sæ-

Ca. IX. Est de præclara solitudi- (culonis commendatione.

Finis

Franciſci Petrarchæ Clariſſimi Poetæ Laureati: De uita ſolitaria ad Philippum Cauallicenſem epiſcopū: Liber ſecūdus: multis ac uariis exemplis uitam ſolitariorū approbans & extollens: atq; ad illam capeſſendam ſuadens & exhortans.

Tractatus primus unicum continens capitulū: ſuccincta enumeratiōe prætériens notiſſima exempla ſanctorū atq; clarorum uirorum qui ſua præſentia ſolitudinem illuſtrarunt.

Entio tamē adhuc aliquid deeſſe: & uideo nūc etiam quid expectes: rem ſuapte naturæ ualidā: exemplis armari longa eſt hiſtoria q philoſophi aut poetæ quo ſeſe altiº attollerēt: primū pedem in ſolitudine poſuerūt: Nā de ſanctis & uulgatior & notior & longior q urbes ſpontaneo dānātes exilio ſacra ſui præſentia ſolitudinē illuſtrarūt: De qbº ſi exactius loq uelim: nō poſſum non inculcare notiſſima. Etenī hac in parte quid incognitū eſt tibi: illud ne expectaueris: ut tranſcribā tibi: quas uocant patrū uitas: Quē libri titulū ſumpſiſſe noſtros a Marco Varrone arbitror: qui & ipſe de uitis patrum ſcripſerat: ſed alio quodā modo: non tam inflāmādis deuotione animis q̄ noticiæ rerum ſtudens: Nō dicam qua in ſpelūca ſexaginta annos latuit Dorotheus: Vt paſ Amon coniuge dimiſſa: quæ ſecum continētia uirginali diu uixerat: ſolus reliquū uitæ tempus in deſerto Nitrie montis habitans: nouiſſime fœlicē deo animā reddidit: quā comitantibus & gaudētibº angelis ad cœlum euntem: tredecim inde ſpacio dierū ſemotus Antoniº uidit. Non referam qualem eodem in monte uitam duxerit: aut Pambo ille qui cautis in reſponſionibº a nōnullis ſcriptoribº: ipſi quoq; nō tantū Antonio compatur: ſed præferē: Aut diſcipulus eius unus ex multis Amonius: quem dum ſtudiū ac noticia litterarū ſacrarū claſ faceret: propterea q̄ per uim in epiſcopū petereē: fugere aliter non ualens captūq; ſe cernēs ne ſolitudine priuareē aurē ſibi præſecuit: ſic ſaltē pontificio futurº inhabilis: cū nec ea qdē arte ꝓficeret: minatus urgentibº ſi perſtarent: linguā ſe propter quā ea ſibi importunitas fieret abſciſuſ. Non loquar fœlices ſolitudines utriuſq; Macharij: in qbus mirabiliū patratores operū: alter ad nonageſimū: alter ad centeſimū uitæ annū uenit. Non attingam q̄liē Moyſes quidam æthiops de latrone factus eſt preſbyter ſolitarius chriſti ſeruus. Qualiter Arſenius e ſenatore glorioſo: maximº & chriſti amator & ſuimet contemptor euaſerit: Ad quem eſt illa uox cœleſtis: Fuge homines & ſaluaberis. Et illa: Arſeni fuge: tace & quieſce. Qualiter Paulus ſimplex: cognomē nactus ex moribº: dum conuictū fugiens uxoris adulteræ: ſolitudinē petijſſet: in tantā familiaritatē chriſtiq; gratiam uenit: ut ſpirituū principē impuroſ quem a ſe pelli non poſſe Antonius fatereē: ille de obſeſſo pectore puriſſima quidem & efficaciſſima prece depelleret. Nō exponam quas temptatiōes corpis atq; animi ſolitarij ſenes uicerint Pachomius ac Stephanº. Non inquiram quo cōſilio Paphnucius tres dei amicos ex urbibus ad deſerta perduxit quaſi ad tutiorē & deo ꝓpinquiorem locum. Qua uirtutis admiratione monachoſ turmas in ſolitudinē traxit Helpidius. Qua charitate Serapion bis ſe hominū ſeruū fecit: ut dños ſuos peccati ſeruitio liberaret. Non narrabo pietatē diaconi Effren: Pioris cōſtantiā: ſudores Adolij: miſericordē Innocentij ſæueritatem: Euagrij induſtriā ac labores. Nō ſcrutabor qua i ſolitudine Malchus īmitis domini gregem pauit: Quo in ſpecu ſimulata cum cōiuge latuit: & leena pro trepidis decertante furorem heri ꝓſequētis euaſit. Non oſtendam qua Ioannes ægyptiº uirtute claruit q̄taq; præſciētia futuroſ: A q̄ tā longe poſito Theodoſiº impator anceps animi reſpōſa depoſceret: & conſilio ſolitarij pauperis armatus pia ſed maxima & incredibilia bella conficeret: A q̄ alter quoq; licet inferior dux Romanº graui æthiopū incurſu infinitaq; multitudine atq; aliquot infauſtis congreſſibº exterritus cum præliū decertaret & in eo ſtatu non ꝓ inē nuncios: ſed præſens ipſe uirum dei pro cōſilio adijſſet: ad ſpem certæ uictoriæ erectº: præfixa etiam pugnæ die: quodq; & uictor hoſtiles prædas ageret: & ſuoſ res præreptaſ ab hoſte reueheret & impatoris ſui gratiā mereretē. Iuit iam: ſecurº pugnauit: ſtrauit hoſtem: ſpolia retulit: gratiam eſt adeptº. Cui uiro tam ſancto: tanq; futuri præſcio: ſi quid de præſentibus & expertis creditē: accipe quid hic idem de ſolitudīe ſenſerit: Ne quid enī me ꝓpoſito fauētem īmutaſſe quiſq; credat: ipſa eius uerba ſubſcripſi: ab his relata qui ex ore loquen-

A B C D

C

tis accepãt: Multũ inq̃t ꝓdeſt ſecretior habitatio & ſolitaria cõuerſatio. Et iterꝝ: Ad effugiẽ
da picula inquit uel lapſum & cõquirẽdã dei gratiam atq; ipſiuſ diuinitatis euidentiorẽ no-
ticiam capiẽdã: plurimũ ꝓdeſt ſecretior cõuerſatio & heremi interioris habitatio: utq; qđ
uerbo docebat: facto ꝓbaſſe eum ſcias. Ipſe Hieronymꝰ horꝝ quæ inſerui uerborꝝ ſcriptor:
hunc Ioannem inquit uidimꝰ in Thebaidis partibꝰ in heremo: quæ adiacet ciuitati Ligo: ĩ
rupe quadã montis ardui cõmanentẽ. Aſcẽſus ad eum difficilis: aditꝰ monaſterij eiꝰ obſtru-
ctus & clauſus: ita ut a q̃drageſimo ætatiſ ãno uſq; ad nonageſimũ quẽ tũc gerebat: cũ eum
uidimꝰ: monaſteriũ eius nullus intrauerit: Aduenientibꝰ uero per feneſtrã ſe uidendũ præbe-
E bat. Non deſcribam habitaculũ Heliæ monachi ꝓpe cũctis mirabilꝰ: ut deſertũ horrẽdũ:
ut ſolitudo uaſtiſſima & nullis æquãda ſermonibꝰ: ut ſpelunca ſcrupea: ut aſper ad illam &
anguſtus trames quiq; uel ſuſpẽſos pedes læderet: uel intentoſ adeuntiũ oculos fruſtrareť:
ut illic corpore tremulus: ſed animo conſtans: ſenex ex centũ ac decem annis quos habebat
ætatis: totos ſeptuaginta trãſegerat. Cogitabis autem ꝓ teipſum q̃tus & hic ſolitariæ ui-
tæ magiſter eſſe potuerit: qui tantũ in eo ſtudio tãq; continuũ tempꝰ exigiſſet: cũ noſtri ho-
mines ambitionẽ & auariciæ ſtudium: ne dicam popinas urbiũ ac tabernaſ & lupanaria re-
liquiſſe uel triduo grande ſuppliciũ opinenť. Non in mediũ traham Eutythianũ illũ circa
Olympũ bithyniæ degentem & cœleſti gratia & terreni principis amicitiæ inſignem. Non
Theonem mitẽ ac modeſtũ hominẽ & iuramẽti expertẽ & mendacij inſciũ: & triginta anno-
rum iugi ſilentio in ſumma omniũ fere litterarꝝ eruditione mirabilẽ. Non Thebaidis incolã
F Apollinẽ: qui q̃draginta ãnis in intima ſolitudine abditus: nec ſic latuit: miraculorꝝ fulgo-
re tandem ꝓditus. Non Beniamin ſenem hydropicũ morbo: clarꝝ: & cum interim ægrotã-
tes ſibi adductos eximie curaret: de ſua enormi licet ægritudine non cnrantẽ: ſolantemq;
alios atq; orantẽ: ut pro anima orarẽt ſua nõ ꝓ corpe: addito uerbo illo memorabili: Cor-
pus enĩ hoc aiebat: & dum ſanũ eſſet nihil mihi ꝓfuit. Non Epiphaniũ quem famoſũ priuſ
heremicolã ſolitudo epiſcopũ Cypro dedit. Nõ ſeu Aphratẽ inopem ac pãnoſum ſeniculũ:
quem pietas fideiq; çelꝰ e ſpelũcis in urbes medias eduxit: impatori impio reſponſurꝝ præ-
mordaciter atq; acriter. Seu Iſaac monachũ: illius impietatẽ diuini cõminatiõe iudicij retũ
dentẽ. Seu Macedoniũ iugi ſylueſtris habitatorẽ: uirum infinitæ ſimplicitatis atq; cõſtan-
tiæ: ad frenandũ pij quidẽ ſed irati principis impetũ: montis e uertice deſcendentẽ. Nõ Ac-
cepſenã ſexaginta annis in cella reconditũ: ſemꝑ tacitũ: nulli uiſum. Nõ Ceumatiũ aut Di-
dymũ: ambos cæcos illuſtres: & uidentiũ ac piorꝝ omne munꝰ implẽtes: Alterum uero in-
ſuper & litteris clarum. Nõ denicꝝ inumerabiles alios: quorꝝ uel noĩa non capiũt libri. Po-
G ſtremo ut ſumma etiam quia ꝓulgata erant omiſiſſe me noueris: non inſiſtam eloq ut ad-
huc inhoſpitã ac pene ſolis heremũ notã feris: oriẽtaliũ atq; oriẽtiũ monachorꝝ prĩceps An-
toniꝰ penetrauit: ut crebreſcẽte fama noĩs & ad gratiã ſanitatũ turbis ægrorꝝ cõfluẽtibꝰ tæ-
dio affectꝰ: & metuẽs ne tãta illa celebritas: aut ſibi inanis gloriæ: aut alicui erroris & falſæ
cuiuſpiam de ſe opinionis materia eſſe poſſet: dum paucis panibꝰ ꝓ uiatico aſſumptis: ad
ripam flumĩs ſederet: fugã cogitanſ: uox ad eum de cœlo facta eſt. Quæ nam uero uox? Illa
forſitan: Fuge ſolitudinẽ: urbes cole: locus hic tædij. Ille gaudij locus & quietis: Alexãdriã
pete. In patriam tuam redi: & non potius illa uox fuit: Si quieſcere cupis Antoni: uade nũc
ad interiꝰ deſertũ? Cui mox obtemperãs oblato diuinitꝰ uiarꝝ duce ꝓfectus eſt: ut in deſer-
to manẽs & ſemꝑ in acie armatꝰ oẽs dæmonũ uicit inſultꝰ: ut philoſophia mũdicꝝ ſapiẽtia
tumidum nomẽ ab humili & illitterato ſeniculo ualidiſſimis atq; clariſſimis rõnibꝰ confu-
tata atq; cõculcata eſt: Vt eũ Romani impatores miraculo famæ eius illecti familiaribꝰ ad
illũ epiſtolis quaſi patrẽ uenerati: & q̃ reſponſo dignati eſſent uæhementiſſime ſunt gauiſi:
I ut tot iam ſpiritalibꝰ bellis uictor: tot ĩuiſibiliũ hoſtiũ exercitibꝰ triũphatis: Cũ ad nonage-
ſimũ uitæ ãnũ pueniſſet & nullo uſpiam apparẽte hominũ: ſe iam ſolum heremicolã cogi-
taret: mlto uetuſtiorẽ atq; remotiorẽ ſolitudinis incolã alteriꝰ: Paulũ Thebeũ quærere ad-
monitꝰ reuelatiõe nocturna paruit: quæſiuit: ĩuenit horrificis in itinere primũ monſtris in-
uentis: ut congreſſis tandem & poſt longũ ſilentiũ collocutis: ad ripam fontis exigui & ue-
teris umbram palmæ ſecretiſſima in ſpelũca miſſus e cœlo panis unꝰ: duobus chriſti fortiſ-
ſimis ueteranis: multo ieiunio exhauſtis abunde ſuffecerit. Denicꝝ ut paucis poſt diebus
mœſtus animi multiſq; cum fletibꝰ hoſpes Paulum ſepeliuit: in effodienda humo leonum
unguibꝰ inſueto pietatis officio adiutus. Ad ſummã: qualiť in deſertis latitãs & intantum
omnis gloriæ fugitans: ut ſepulturã quoq; ſuam uellet abſconditam: ne qua uel gelidum

cinerẽ mũdani fauoris aura contingeret: adeo nobilitatꝰ & glorioſus effectꝰ eſt ut chriſtus homũculũ ſuũ ægyptiacæ ſolitudinis latebris abditum: & utipſiꝰ Athanaſij hæredis atq; hiſtorici ſui ẏbis utar: alio pene orbe celatũ Africæ: Hiſpaniæ: Galliæ: Italiæ: Illyrico: Ipſi etiã quæ urbiũ caput ẽ Romæ: ut ĩ exordio ꝓmiſerat: demõſtrarit. Nõ exequar ut ĩ ſolitu H
dinẽ quoq; fugit Hilarion Antonij uirtutũ nobilis æmulꝰ: fama uiri primũ mox bimẽſtri obſeruatiõe uitæ eius ac monitis præſentiq; concitꝰ exemplo: ubi ab adoleſcẽtia in ſeniũ pſeuerans: brumæ primũ & æſtatis intemperiẽ anguſto tuguriolo: poſt aũt cella nihil anguſtiore: neq; tam domꝰ q̃ ſepulchri ſpeciem habẽte ſubmouit: ut inde dũ ad uiri nomẽ turbis coeũtibꝰ: & ſolitudine una: multarũ urbiũ inquieta negocijs fugam meditaret̃: re cognita decem & eo amplioꝰ hominũ milia iter eius impediere. Quo dolore cũ inedia conſumptꝰ pene eſſet: populo patiẽte: ſed dolente & ꝓſequẽte: tandẽ abijt in ꝓfundiſſimas ſolitudines & ad Antonij locũ qui pauloante tãto uacuus habitatore remãſerat: pueniẽs: atq; ibi diſcipulis eiꝰ inuẽtis: auditu flebile: piũ dictu: auidiſſime cũcta ꝓquirẽs: hortulũ eius & lectulũ unde ad cœlũ fœlix ille condeſcẽderat inuiſit: Atq; in eo dulci q̃dam tanti uiri memoria ꝓcubuit: ipſum recẽti uelut Antonij accubitu calentẽ ſæpe complectẽs atq; deoſculãs: qđq; non tam lectione q̃ opinione frætus addiderim: alienũ ſtratũ ſuis lachrymis rigans: ut inde alias atq; alias ſolitudines petẽs: q̃ exoptatã ſibi inuidẽs quietẽ: ſemp eũ ſua fama præcurreret. Interdũ etiam ad Barbaras natiões clam decreuerit ꝓficiſci: ubi nec intellectꝰ nec cognitus reſpiraret: ut eadẽ fama noĩs eum ꝓſequẽte: primo q̃dem in Siciliã nauigarit: Inde in Dalmaciã: Poſtremo autẽ in Cyprũ inſulã ſuis moribꝰ longe diſſimilẽ: cuius tñ una rupes duro uiri ꝓpoſito cõueniret: ubi locũ nactus terribilẽ ualde: ut ſcriptoris præconiſq; ſui Hieronymi uerbũ ponam: ac ſemotũ ſubſtitit. Et ut cũctis eum ne furtim dilabereť obſeruantibꝰ q̃ uno in‖loco diu illum nõ poſſe ſubſiſtere: publice ꝓſuaſum erat ibidẽ laborũ uitæ finem habuit: quem in terris imitatꝰ fuerat ad cœlos ſecutus Antoniũ.

Tractatus ſecũdus: De quibuſdã exemplis minus tritis patrũ ueteris teſtamenti: qui ſolitudinem coluerunt.

De tranſitu per epilogationem præteritorũ exemplorũ ad exẽpla minus trita: Ca. I.

h Is igitur breui admodũ & ſuccincta cõmemoratiõe præteritis: ut ſic dicã: atq; ſepoſitis & reliqs ſilentio obrutis: quotq̃t ſunt id genꝰ qbꝰ ſola heremꝰ cœlũ A
fuit in terris: quæ copioſa & amœna & uaria & penetrabilis atq; ignea lectio eſt: & quæ precioſæ materiæ filũ habens ac magnis texta ingenijs natura pariter atq; arte delectet: aliq̃t exempla minus trita ꝓ ſecretiores ſcripturaꝝ receſſus ſparſa recolligam.

De Solitudine parentis humani generis Adam: Ca. II.

T ut a primis ordiar: Adam publicꝰ ille parẽs generis humani: q̃ diu ſolꝰ fuit: nemo A
e fœlicior: mox ut comitatꝰ: nemo miſerior. Solꝰ ſtetit: comitatus ruit. Solus beatæ ciuis patriæ: comitatꝰ infœlicis exilij ꝓgrinꝰ. Solus in requie & gaudio: comitatuſ in laboribꝰ & doloribꝰ multis. Deniq; ſolus ĩmortalis fuerat: iũge ſociã: mortalis efficitur. Iam tũc clarũ & inſigne præſagiũ quid de ſocietate fœminea ſperare poſteritas deberet.

De Cultu ſolitudinis Abrahæ: Ca. III.

Ed ne in limine hæreã: magnꝰ ille multarũ q̃ gentiũ pater Abrahã: non in palatijs A
ſ interq; delitias urbanas: ſed ĩ tabernaculis inq; cõuallibꝰ collocutorẽ deũ meruit: & ꝓmiſſa illa magnifica: quæ iugiť in nobis extremis: utinãq; non peſſimis hominũ implenť. Idem nõ in aula cortinis obſita & uillis inſtrata criſpantibus: ſed in ſolo herbido & agreſti: utq; Geneſeos textus habet: in cõualle ut Ioſephꝰ: ad ilicẽ mãbre ſedebat: qñ dignꝰ eſt habitꝰ dei angelos habere cõuiuas. Ne ue qđ forte aliud q̃ qđ uerba ſonãt ſuſpicemur: non equidẽ ſub auratis laquearibꝰ tectoꝝ: ſed ſub quercus umbra glandiferæ: rurale cõuiuiũ celebratũ eſt. Et ille certe ſanctiſſimꝰ atq; omni diuino fauore digniſſimus uir: B
fuit tantæ obediẽtiæ: ut dum dei iuſſis obſequiť unigenito filio nõ parceret: ut reliq̃ laudũ eius ſileã: de qbꝰ dicẽdi tempꝰ forte aliud: alterq; locꝰ oportunior dabiť. Ex qbꝰ omnibꝰ minime mirũ ſit: ſi talẽ uirum artius eſt amplexa diuinitas. Illud magnũ q̃ ſuo merito ancilla eius Aegyptia fugiens ab angelo reuocata: & iterũ in extremis poſita atq; deſperãs rurſus ab angelo recreata eſt. Et ut ad ꝓpoſitũ ſpectet: alterũ iuxta fontem aquæ: alterũ ſubť unam arborem: utrunq; certe in ſolitudine geſtum eſt: ut ne id mirũ ſit infantem ſuũ quem

fugæ comitẽ geſtabat: in ſolitudine ſeruatum cœleſtiſq; beneficij memorem: & ipſum poſt ſolitarium euaſiſſe.

De Solitudine Iſaac: Ca. IIII.

A q Vid hoc patre ſatus Iſaac: qñ ſibi de terra longinq; fœcũda uxor aduecta eſt: q̃d putas agebat? Erat forſan ĩ foro: porabat cauſas: exercebat iudicia: emebat aliqd: aut uendebat: dabat mutuũ uel poſcebat: uel datũ exigebat acceptũq; ſoluebat? Nihil horũ oĩno. Quid igitur? Deambulabat inquit eo tempe per uiam quæ ducit ad puteũ: cuius nomen eſt uiuentis & uidẽtis. Vere aũt uiuẽs & uidens: hoc eſt ĩ æternũ uiuens & uidẽs oĩa. Non ſolut Ouidi⁹ & Apuleius dixerũt: ſed creator ſolis & ſyderũ rerũq; oĩm oĩpotẽs

B deus: apud quẽ puteꝰ: ſiue ut pſalmiſta loquit̃: Fons uitæ eſt: quo nõ dormiẽdo nec ꝓ uia gradiẽdo ſed ꝓ uiã deambulãdo ꝓuenit̃. Et ſequit̃: Habitabat enĩ in terra auſtrali: & egreſſus fuerat ad meditandũ in agro inclinata iam die: Vbi ſimiliter nihil eſt q̃d̃ myſterio uacare putem. Habitabat enĩ in terra auſtrali: terra humili & deuexa & clara & ætherei ſolis vicinitate præferuida. Et egreſſus erat: Vnde reris niſi extra corpis ſui domũ? egreſſus inq; extra ſeipſum: & miſeriæ mortalis ergaſtulũ: nõ ad infame ocium ſed ad meditandũ. Nã quæ oro alia homĩs uita ẽ: aut qd aliud agẽs ab aĩalib⁹ brutis differt? Præclare Cicero docto uiro inquit uiuere: eſt cogitare. In hãc rem: nõ urbem aliquã: non theatrũ: ſed agrũ locũ prorſus idoneũ: inſuꝑ & inclinatæ diei cõmodiſſimũ tempus elegerat. Nullus enim locus: nulla pars ætatis aptior meditãti q̃ & agreſtis ſolitudo: & iuuenili feruore præterito relictiſq; ut ita dixerim: meridianis horis a tergo placatioris uitæ tãquillitas iam uergẽtis ad ueſperã.

De Solitudine Iacob: Ca. V.

A q Vid huius etiam natus magnicꝫ nepos Abrahæ: patriarchaꝝ maximꝰ Iacob: q̃ndo ſcalam illam cœlotenꝰ erectã: aſcendẽtes deſcendẽteſq; angelos & innixũ ſcalæ dominũ uidit? Vbi fuiſſe illũ opinamur: q̃ magna in urbe q̃ pulchra in domo: q̃ locuplete cubiculo? Erat ille nõ modo ꝓcul ab urbib⁹: ſed etiam ꝓcul domo: Vt enĩ ipſius Ioſephi uerba nõ mutẽ: ꝓpter odium ꝓuincialiũ apud nullum quidem ſuccedere uoluit: ſed

B ſub diuo iacebat: caput ſuũ lapidib⁹ ſubditis ſupponẽs. Eidem gemina coniuge: & natoꝝ turba ſeruiſq; & ancillis: oĩgenũq; gregũ poſſeſſiõe aucto: in patriã remeãti occurſꝰ affuit angeloꝝ. Sed ubi nã quæſo? Nunqd in urbib⁹ quieſcẽti? Nõ uerũ cœpto itinere abeunti: q̃ nõdũ ꝓacto eidẽ luctator ille nocturnꝰ nomẽ unde nouũ ſibi inditũ clarũ mãſit in poſteris: nõ in urbis amphitheatro: neq; inter turbas hominũ: ſed dum remanſiſſet ſolus in tranſitu torrentis: apparuit.

De Solitudine Moyſi: Ca. VI.

A u Bi erat ille familiariſſimꝰ deo uir Moyſes: qñ legem colloquiũq; dei: qñ ſalutẽ populi memorabilẽq; victoriã: abſens ſolus & ſolis precum armis obtinuit? Nempe non in aliq̃ ciuitatũ Syrie uel ægypti: ſed in ſyluis & altiſſimi montis in uertice. In ſolitudine erat dũ aquas amariſſimas coegit ligni unius immiſſiõe dulceſcere: dũ ꝓdigia illa fecit quæ uix plegere ne dicam recẽſere ſufficimꝰ. Idem certe ĩmẽſo exercitui in quo tam multi iniuſti atq; in deum & in hoĩes ingrati erant: nõ de ſolio aureo: ſed de ſolitudine horrida ꝓuidit: & in ſumma inopia mirã neceſſariarũ rerum abundantiã ꝓcurauit: qñ in caſtris coturnices ortigias affatim cœlo lapſas populus legit eſuriens: & de rupe ꝓcuſſa dulcis aquæ copiam ſitiens bibit: qñ diuinũ illũ atq; incredibilẽ: & neq; cupiditati neq; parſimoniæ ſubiacentẽ cibum: non quidem in urbib⁹ nec e foro cupidinario petitũ: ſed cœlitꝰ deſtinatum q̃draginta annis habuit in deſerto. Vides ut ſolitudo diuinis bñficijs atq; colloquijs & angelicis ſit amica congreſſib⁹. Quo minus miror ut præclaræ uitæ uiri illius: ſic & glorioſæ morti ſolitudinẽ deputatã: dum ex hoĩb⁹ migraturo: q̃d̃ fratri eius iam antea acciderat: loquẽs deus: nõ in hanc aut illam urbem: ſed aſcende in montẽ inquit & morere. Q̃d̃ nobis in omni uitæ mortiſq; conſilio niſi fallor ſũmopere trutinandũ eſt.

De Solitudine Heliæ: Ca. VII.

A q Vid ſingula replicem? Plena exemploꝝ ſunt omnia. Vbi erat Helias quãdo clarioribus portentis emicuit? quãdo populis intra urbes famæ ꝓuntibus illũ iuſſu dei in ſolitudine latitantẽ corui pauere ſolliciti? Qñ e ſũmo carmeli montiſ pronus humi triennẽ ſiccitatẽ terras ac populos affligentẽ inſpato imbre leniuit? Qñ octingentos & qnquaginta falſos prophetas ĩ eodem monte carmeli: deo iudice: ſacrificio teſte: ſupatos ĩ

torrente Cyſon populo fauente mactauit. Quã ob cauſam iratæ reginæ minis ac furori ce/
dens: cum deſerti latebram petiſſet ſub umbra iuniperi cõſopitum excitauit angelus & ut
mãducaret admonuit: non magni precij cibum: ſed tantæ uirtutis ut in fortitudine illius q̃/
dragĩta dierum iter ac totidem noctiũ ieiunãdo pficeret. Quo pacto inde ut in ſpelũca ma/
nens dñico uiſitatus alloquio reges inungere mittit ac prophetas: ut in cacumine montis
ſedens imperat inopinabili fiducia ut ignis e cælo deſcẽdat ſuper q̃q̃genarios regioſ & pa
retur ſtatim: ut ſciſſo amne tactu pallij iordanẽ ſicco pede pertranſit ſolitariũ ſanctũ uirum
uenerãtibꝰ elemẽtis. Vbi inquã erat Helias dũ hæc ageret? Profecto ĩ ſolitudine: unde tan/ B
dem ad cœlum flammãte uehiculo raptuſ eſt. Vbi erat Heliſæus quãdo geminũ rapti ducis
conſecutꝰ eſt ſpiritũ? quãdo ferrũ contra naturam & conſuetudinẽ ſuam natans flenti re/
ſtituit amico? quãdo tribus regibꝰ: totidẽq̃ regijs exercitibꝰ: ne perirent ſiti repleto ſine ul/
lis imbribꝰ torrẽte ſubuenit? Priora quidẽ ad iordanis ripam: tertiũ in deſerto idumeæ cõ/
tigit. Illud quæſiſſe ſupuacuũ: ubi erat dum pallio magiſtri diuiſis aq̃s per arentem iorda/
nis alueũ ſolus retrãſijt qui trãſierat comitatꝰ? Vbi erant deniq̃ tot ꝓphetæ: quando tam
certis: & tam præſagis uiſiõibꝰ illuſtrati ſunt? De quibꝰ ſingillatim nũc agere longum eſt.
Neq̃ ſoli ꝓphetæ: ſed filij etiam ꝓphetarꝝ: quos monachos ut Hieronymꝰ ait in ueteri legi
mus teſtamẽto: ædificabant ſibi caſulas ꝓpe fluenta iordanis: & turbis & urbibꝰ derelictis
polenta & herbis agreſtibꝰ uictitabãt.

De ſolitudine Hieremiæ: Ca. VIII.

Pſe quidem Hieremias ſilentio ſupprimẽdus non uideꝝ: qui uerbo etiam huic uitæ A
i teſtimoniũ manifeſtũ præbuit: ubi ait: Bonũ eſt cum ſilentio præſtolari ſalutare do
mini. Bonũ eſt uiro cũ portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua. Et quaſi hæc niſi in ſo/
litudine fieri non poſſe diffiniens: cum hæc dixiſſet: adiecit: Sedebit ſolitariꝰ & tacebit: quia
leuauit ſe ſuper ſe. En audio fœlicem patientiã expectantis: audio libertate qualibet melio/
rem dñici iugi tolerantiã: audio eleuationẽ animi: audio quietem ſeſſionis & non ſemel ſed
in principio poſitum & in fine ſilentium: cuncta tñ audio intra unam ſolitudinẽ contineri.

De commendatione uitæ ſolitariæ: incidens Ca. IX.

Vere uita pacifica cœleſtiq̃ ſimillima. O uita melior ſuper uitas: uita laborꝝ uacua A
o bonorumq̃ tantorꝝ capax: ubi expectatur ſalus: ſuaue iugum domini portatur: ta
cetur & ſedetur & ſedendo cõſurgit. Vita ſalutaris: hominibꝰ formidabilis: & iui/
ſa dæmonibus: qđ niſi ita eſſet: haud q̃q̃ id uitæ genus ingreſſos tam multis & tam ua/
rijs tẽptationũ generibꝰ infeſtarent. Vita reformatrix aĩæ: reparatrix morũ: innouatrix af/
fectuum: lotrix ſordiũ: purgatrix ſcelerum: conſiliatrix dei & hominũ: ruinarũ ĩnumerabi/
lium inſtauratrix. Vita contemptrix corporum: cultrix ingeniorꝝ: moderatrix præcipitũ:
torpentium excitatrix appetituũ: genitrix nobiliũ: alma uirtutum nutrix: uitiorꝝ domitrix
pemptrixq̃: palæſtra luctantiũ: arena currentiũ: campus pugnãtiũ: arcus triumphãtium:
bibliotheca legentiũ: cella meditantiũ: penetrale orantiũ: mons contemplantium: Et quid
dicam niſi ſimul omnia: uita fœlix & ad omne bonum opus aptiſſima: uita philoſophica:
poetica: ſancta: prophetica: Vita non immerito ſingularis dicta: & ſi dicere audeam: qđ
ſentio: uita tam ſingularis ut ea ſola uera uita ſit: reliquis omnibus cõueniat qđ ait Cice/
ro: & Ciceronem ſecutus Auguſtinus: q̃ hæc noſtra quæ dicitur uita mors eſt. Vita demũ B
niſi expertis incognita: & ut habenti peramabilis: ſic ſupoptabilis non habenti. Qđ non
ignorabat Hieremias idem: quo duce ad hæc eiuſdem uitæ præconia præmiſſis accumulã
da ꝓuenimus: dum in illa calamitate publica: pias ſimul lachrymas: & lachrymis oportu
nam ſolitudinẽ exoptabat: Quis dabit inquit capiti meo aquam: & oculis meis fontem la
chrymarꝝ? Sciẽſq̃ fontem hunc: non in urbibus aut in turbis nitidum ſcaturire: ſubſecutus
adiũxit: Quis dabit mihi in ſolitudine diuerſoriũ uiatorꝝ? Cogitatu ꝓfacile eſt quid nobis
expediat: quando uir ubilibet deo proximus: deo plenus: ad honeſtum illud ſeq̃ dignũ of/
ficium: hoc eſt ad lugẽdũ interfectos populi ſui quaſi unam ſine altera non ſperaret: ſimul
utrãq̃ poſcebat ſolitudinem & pietatem. Vbi illud mĩme negligendũ rear: q̃ cum in ſolitu
dine diuerſoriũ optaſſet: addidit: Et derelinquã inquit populum meum & recedam ab eis:
quia omnes adulteri ſunt: cœtꝰ præuaricatorꝝ: & reliqua deinceps: quæ cogitare ne dicam
loqui horret animus: tam proprie noſtris hodie conueniunt populis: tam parum ĩmo uero

tam nihil est fidei: nihil ueri uspiam: nihil tuti: nihil denicꝫ uel humani cum dicant̃ homines & effigie sint humana: ut ea mihi uel sola certe uel maxima atcꝫ iustissima ꝓcolendæ solitudinis & declinandaꝝ urbium causa sit.

Tractatus tertius: De exemplis multorum sanctorũ patrum Noui testamenti: uitam solitariam agentium.

De Solitudine sancti Siluestri papæ: Ca. I.

A n

E forte autem uetustatis reuerẽtia uel imemor recentiũ uel contemptor appa-
ream: latuit in Soractis monte: Siluester diuitũ primus ille pontificum & locũ
moribus & loco consonũ nomen habens: Atqui nisi audire uerum pudet e so-
litudine humili & ĩculta opes istæ: bonæ utinam quas modo uix urbes capiũt
fluxere: Hinc calceus auratus: hinc eburneus scipio pastoralis in morem bacu
li recuruꝰ: suburbano cultu rusticæ memor originis: hinc chlamys coloribꝰ inardescẽs: hĩc
stellatum diadema carbũculis: hinc niueus sonipes: thronus aureus purpureũcꝫ uerendi ca
pitis umbraculum: hinc denicꝫ totus habitꝰ triumphalis: totus hic ut dicitur militantis: sed
& late iam regnantis ecclesiæ status: quẽ e syluis egressum stupent reges: & quem qui di-
ligenter inspexerit: nescio an solitudinem tantæ uenerationis initium uenerabilẽ negaturus
sit. Sed progredior.

De Solitudine sancti Ambrosij: Ca. II.

A a

Mbrosius apud Mediolanũ magni populi curam deo uolente ac cogente sortitus:
& si tam necessarij debiti tanticꝫ sibi conscius officij: continue solitariam uitam de-
gere non auderet: quotiens tamen & quibus potuit modis quid optaret ostendit:
Habitauit ut nũc est ambitus murorum: in extremo ciuitatis angulo: ubi adhuc sacrũ cor-
pus habitat: & ab eodem fundata sacra domus stat summa deuotione percelebris: & ma-
gnis populi frequentata concursibus: tũc cꝫtum certis indicijs intelligi datur longe semotꝰ
penituscꝫ solitarius locus erat. Ad hæc quotiens episcopalibꝰ curis liber ac laboribꝰ relaxa-
tus: quos impellẽdis Arrianis ab ecclesia graues diuturnoscꝫ ꝓtulit: alicꝫtisper se negocijs
subtrahere furaricꝫ poterat: in secretiorẽ solitudinẽ se cõferre sanctissimꝰ uir solebat. Sylua
erat cꝫuis ꝓxima: contẽplationi tamẽ idonea: In medio parua domꝰ: ingentis certe sed hu-
milis uiri capax: quæ multo digniꝰ cꝫ domꝰ olim Metapontina Pythagoræ in templi licet
exigui speciem uersa est. Nũc sylua cõuulsa est mutatocꝫ loci habitu manet nomẽ Ambro-
sij: nemꝰ uulgo dicit̃ sinistrorsus ad orthoũ latus. Qđ amnis hic undicꝫ magnis motibus
B & multa reꝝ collisiõe memorabilis ĩtra urbem ipsam: & extrema rapto molimĩe aucti am-
bitꝰ septa cõclusit. Illic ut audio & ut auguror librorꝝ mellifluos flores sparsit: q̃rũ hodie ꝓ
oẽs tractꝰ ecclesiæ gustꝰ suauissimꝰ & fragrãtissimꝰ ẽ odor. Vt uero nõ actuũ modo: sed uer
borũ unũ qdem ex oĩbꝰ testimoniũ uiri huiꝰ ꝓferã. In epistola q̃dã ad Sabinũ: Pergam in-
quit frequẽtiꝰ te ĩ meis scriptis & cũ sim solꝰ alloq. Deinde suũ faciẽs Scipionis uerbũ: de q̃
post dicã: Nũ quã enĩ inqt minꝰ solus sum: cꝫ cũ solus esse uideor: nec minꝰ ociosus: cꝫ cum
ociosus. Certe ꝓ arbitrio arcesso quos uolo atcꝫ adiũgo mihi quos magis dilígo & quos
aptiores arbitror. Nemo interpellat: nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo & de scri-
pturis cõfero & ꝓlixiorẽ simul sermonẽ cædimꝰ. Sola erat Maria & loquebat̃ cũ angelo.
Sola erat qñ supuenit in eam spũssanctꝰ: & uirtꝰ altissimi obũbrauit eã. Sola erat & opata
est mũdi salutẽ & cõcepit redẽptorẽ uniuersorꝝ. Solus erat Petrꝰ: & totũ ꝓ orbẽ cõsecrãdaꝝ
gentiũ cognouit mysteria. Solus erat Adam & non est præuaricatꝰ: quia mens eiꝰ adhære-
bat deo: Postcꝫ uero ei mulier adiũcta est: nõ potuit adhærere mãdatis cœlestibus.

Qꝝ nullũ uirus adeo pestiferũ & uitæ solitariæ contrariũ sit sicut muliebre cõ sortium: incidens. Ca. III.

A u

Bi ut me Ambrosij dicto parũper ĩmisceam: illud nõ siluerim: qđ omnibus notũ
multi dissimulant: Nullum uirus adeo pestiferꝝ uitam hanc sectantibꝰ ut muliebre
consortiũ. Fœmineꝰ enĩ decor: eo formidolosior funestriorcꝫ q̃ blandior: Vt sileam
mores quibus oĩno nihil instabiliꝰ: nihil studio quietis infestius. Quisquis requiem quæ-
ris fœminam caue: perpetuam officinam litium ac laborꝝ. Raro sub eodem tecto habitant

quies & mulier. Satyrici uerbum est: Semp habet lites alternaq; iurgia lect⁹ : In quo nupta iacet minimũ dormitur in illo: Nisi forte tranquillor est cõcubinæ accubitus: cuius & fides minor & maior infamia & litigium par. Scitũ est & illud clari oratoris dictum: Qui non litigat cælebs est . Quid uero meli⁹ q̃ non litigare? Aut quid p Iesum christum oro te: quid inquã solitudine præsertim nocturna ac silentio & quiete: & lectuli libertate fœlicius? Nil ergo fœlici⁹ cælibatu: nil uero cælibatui apti⁹ q̃ solitudo. Quisqs ergo litẽ fugis: & fœminã fuge: uix alteram sine altera effugies. Fœminæ & si qd rarum est: mitissimi mores sint: ipsa præsentia: utq; ita dixerim: umbra nocẽs est. Cuius siquidem fidei mereor : uult⁹ ac uerba cunctis qui solitariã pacem quærũt: non aliter uitãdi sunt: non dico: q̃ coluber: sed q̃ basilisci conspectus ac sibila. Nam nec aliter oculis q̃ basiliscus interficit: & ante contactũ inficit. De quibus autem potius q̃ de nobis dici æstimes: qd in longinq̃ materia uere nemagis an proprie ait Maro: Carpit enim uires paulatim uritq; uidẽdo Fœmina : nec nemorũ patitur meminisse nec herbæ. Sane qd uisu solo corporis atq; animi uires carpãt uranť q̃: tangere poterat uniuersos quos ea pestis extenuat & accendit. At qd nemor& herbæq; memoriam eadem pestis eripiat: si ut de equis ac bobus dixit: sic de hoĩbus dixisset: quos alios q̃ nos intellexisse uideret: quib⁹ præcipua nemor& & herbarum oblectatio est. Proinde muliebres illecebras: tum omnibus quibus suum uas sancte & honorifice custodire propositum est: tum nobis maxime fugiendas uitãdasq; denũcio . Quod q neglexerit: norit se nõ aliam ob causam e paradiso solitudinis pellendũ : q̃ e paradiso uoluptatis prim⁹ hominũ pulsus fuit. Hæc interfatus ad Ambrosiũ reuertor: qui illam ad Sabinũ epistolã cõcludẽs: Liquet inquit ex his: quia soli cum sum⁹ tũc nos offerim⁹ deo: tũc mentẽ ei nostrã aperim⁹: tũc amictũ fraudis exuim⁹. Quib⁹ dictis primo iterũ parẽte ad memoriã reuerso: Solus inqt erat Adam qñ in paradiso est cõstitut⁹: sed nõ erat solus qñ de paradiso eiect⁹ est. Solus erat dñs iesus qñ mũdũ redemit: non enĩ legat⁹ neq; nũci⁹: sed ipse dñs solus saluũ fecit populũ suũ: Et si nunq̃ solus est: in q̃ pater est semp? Ad postremũ cum cõsilio clausur⁹ epistolam : Vnde & nos inqt soli sim⁹ ut dñs nobiscũ sit. Qd consiliũ ne soli Sabino datũ sit: ut ad nos trahamus nostrũq; faciamus obsecro.

De Solitudine sancti Martini: Ca. IIII.

A

h Vnc solitariæ uitæ statũ & ab infantia quodãmodo cõcupisse Martinũ: & cum primũ per ætatem perq; necessariæ militiæ occupationẽ licuit apprehendisse nouimus tanto ardore animi : ut in uita priuata cœptum morem nec præsul fact⁹ omitteret: Auctor est Seuerus: q res eius quib⁹ interfuit uitæq; seriem scripsit. Quo tempe quæri solitum accepimus: ante episcopalẽ curam se maioris fuisse uirtutis : Mirum: q̃uis enim nihil illi uiro nisi sũmũ semp atq; perfectũ fuisse credẽdũ sit: tamẽ pontificali fasce curuat⁹ nescio quid in se dum esset expeditior altius atq; perfectius recolebat: temporis illius memor quo liberius solus erat: ne quis forte miretur eundem antea liber& frequentasse solitudines quas & duri seruus officij dum licuit frequentauit. Ne enim cuncta uestigem : quod longũ atq; difficile est: In ipsa pri⁹ urbe Mediolano: ubi quod cõstat primũ ex multis: quæ diuersis in locis ab eo fundata sunt: monasteriũ extruxit : alicq̃tum temp⁹ exegisse fertur: uicino quodam Ambrosianæ domui: ac mœnibus urbis habitaculo loco etiam nunc solitario ac reposito. Ad quẽ iam præsul Ambrosi⁹ tanto lætus hospite: clam sol⁹ exire consueuerat: secumq; dum posset auidius immorari. Bone Iesu quale hominũ par: quæ suspiria : qui sermones? Quicquid pricipes imperant : quicquid consules deliberant : quicquid prætores edicunt: quicquid statuunt legiferi: quicquid fabulantur populi: quicquid philosophi disputaut: quicqd rhetores declamãt: quicquid sophistæ cauillanť: sacro illi tranquilloq; colloquio admotum: meras nugas dixisse non uerear. Sinuesse quidem erat Horatius poeta: dum sibi Plotius & Varus & Virgilius occurrerunt: pulchra nempe societas doctissimorũ hominũ: inuicemq; familiarium amicorum. Itaq; ait: O qui complex⁹ & gaudia q̃ta fuerunt. Credo ædepol & multa ibi p tempore facetissime inter tales uiros ac disertissime dicta non dubitem: Sed dulciores amplexus & sanctius gaudium fuisse crediderim Mediolani inter Ambrosium & Martinũ: locus ostenditur: ubi cõgredi & colloqui solitos fama est. Quibus ego congressibus atq; colloquijs: si datũ esset: interfuisse maluerim: q̃ regum omnium consilijs: quæcunq; uino uel auaricia uel feritate ebrij: cum purpuratis suis agitant. Fœlix ergo & q̃ q̃ minus aduста: minus horrida: non min⁹ forte glorioса: q̃ Thebaidis solitudo quæ tales duos accolas uno tempore meruisti.

B

C

De Solitudine ſancti Auguſtini: Ca. V.

A Ondum nos Mediolano egredi: magnus alter eiuſdē urbis habitator ſinit Augu-
n ſtinus: quem deus Ambroſio malis errorib⁹ infectū: quaſi ægrotū filiū docto medi
co pius pater dedit: ut is eū undis ſalubrib⁹ ablutū curatūq; deo redderet. Ille er-
go cum ignarus omniū quæ erga ſe clam diuina pietas ageret: Mediolanū ueniens
ubi tunc ſacer florebat Ambroſius: uitam tandē mutare decreuiſſet: ciuitate relicta: ſolitudi
nem ruris appetijt: ut qui cū multis iſanierat: ſolus reſipiſceret: Caſeatū uocat ipſe & id ma-
net hacten⁹ ruri nomen: Quinetiam ipſo die quo primū hoc ſancto deſiderio exarſit in ci-
uitate poſitus inter illas fluctuantis animi ꝓcellas ꝑ quas conſiliꝫ nauigiū regente deo ad
terram uiuētiū: & ad portū ſalutis applicuit: quid egerit qualitue ſe geſſerit: eodē ipſo nar-
rante cognouim⁹. Certe non ꝓceſſit in publicū: neq; populi contionē claſſico aduocanſ q̄d
acturus eſſet expoſuit: ſed dimiſſo ſocio fidiſſimo: conſurgēs: eo q; ut ipſe ait: ſolitudo ſibi
ad negociū flendi aptior ſuggereret & ſecedens remotius q; ut poſſet ei onerosa eſſe etiā tal⁹
amici pñtia: q̄d unū loci q̄litas actꝑis ꝑmittebat: ſecretū horti angulū ꝑ ſolitudie habuit:
Vbi amariſſime ſecū loquēs iter ſingul⁹ & lachrymas: inter uulſū capillū ꝑcuſſāq; frōtē &
cōſertis digitis amplexū genu & quæcūq; magn⁹ ac ſanctuſ dolor elicit: tādē ſemel de ſe ſta
tuit unde imperpetuū exultaret. Deniq; ꝑ omnē uitam ſolitariꝭs & quietis locis atq; inter
cætera Piſani mōtis ocio delectat⁹: & illic heremitico habitu traxiſſe moras crediť: & ad lo
B ci illius heremitas liber ſuo q̄dē præſcript⁹ ē noīe. Cæterū de hac re quia nō uacat infinita
nūc hoīs illius ſcripta reuoluere: unico eius q̄d occurrit breui utiq; ſed apto teſtimonio cō-
tentus ero. Is ergo euāgeliū Ioannis exponēs: Difficile eſt inqt in turba uidere Ieſum: ſoli-
tudo quædā neceſſaria ē mēti nr̄æ: quadā ſolitudine intentiōis uideť deus: turba ſtrepitū
habet: uiſio iſta ſecretū deſiderat. Audis ut caute uidendo deo neceſſariā: non q̄libet ſed ſo
litudinē dixit intentiōis: intelligi uolens dum ſuas intus turbas tumultuſq; ſuos humana
mens habeat: acuēdis ad tantū lumen: purgādiſq; oculis ſolitudinē corporeā nil ꝓdeſſe.
Iam uero proximis tribus explicitis: nō Mediolano tantū: ſed Italia digredi ſtilum ſinam.

De ſancto Hieronymo: mirifico ſolitudinis ueneratore: Ca. VI.

Ileo nūc præconē uitæ hui⁹ Baſiliū: Sileo magnū uirū Gregoriū naçianzenū: Præ
A ſ clarū hui⁹ uiri diſcipulū nō ſilebo: Hieronym⁹ urbe Romana dimiſſa Romaniſq;
opibus contemptis: æternæ patriæ ſpe ac deſiderio illect⁹: & ut ipſe fateť: ob gehen
næ metū. In illam primo uaſtam ſolitudinē horridū monachis habitaculū præſtantē: quā
de uirginitate ad Euſtochiū ſcribēs: Saluſtiano uerbo uſus: ſolis ab ardorib⁹ exuſtā dicit
ſeſe abdidit: Vbi aliq̄t annis aduerſus indomitæ carnis inſultus: & conſpirātis animæ cōſen
ſum: laborioſa militia exactis: q̄uis uictor nō ex acie Romam quaſi iam ſecur⁹ ad triūphū
rediit: ſed in Bethleemiticas latebras feſtinabūdus aufugit.

De ſancta Paula quibuſdamq; alijs matronis deuotiſſimis ſolitariæ uitæ cultricibus: Ca. VII.

1 Atuit ibidē Paula ſancta & pia & illuſtris: & ut multa breuiter dicam: uere Roma-
A na mulier: ſummūq; ſuis tꝑibus fœmineæ ſpecimē uirtutis: & ut ad præſepe dñicū
mori poſſet: ubi & qualiter orta eſſet: oblita eſt. Cuius etiā præclarā uitam & fœlicē exitū
Hieronymus ipſe tam fulgido pinxit epigrāmate: ut poſt eū mihi modeſti⁹ ſit tacere. Quid
enī dignū ſim dict⁹ in trāſitu: inq; anguſta opuſculi mei parte clauſurus: ubi ille tāto uir
ingenio hæſit: & amore ac dolore dictātib⁹ modū iuſti uolumīs īpleuit? Q̄uis nō defuiſſe
ſciā q̄d Hieronym⁹ ipſe nec ignorat nec diſſimŕat: q utriuſq; ociū liuido dēte momorderīt:
nec morſū ſcriptis mādare timuerīt. Ita uix ulla uirt⁹ tā uel alta uel abdita ē ut īuidiæ iacu-
lis nō tāgať: ſed ſolidā ueritatē uulgaris aura nō cōcutit. Sane quicq̄d de ſua alijs uiſū ſit:
ſolitudinē ſapientis: idem ipſe Hieronym⁹ contra Iouinianū ſcribens: cōmedat his uerbis:
Sapiens nunq; ſolus eſſe poteſt: habet enī ſecum omēs qui ſunt: & q fuerūt boni: & animū
liberū quocūq; uult ꝓfert & trſfāert: & q̄d corpe nō poteſt: cogitatiōe complectiť. Et ſi ho-
minum inopia fuerit: loquitur cum deo: nunq; minus ſolus. Quo nam uero nunc uertar:
Confundor multitudine & acie occurrentium in diuerſum uocor: ſed Paulæ nomen ad-
monuit: ut ante omnia eidem & genti & ſexui ſolitariæ gloriæ partem darem: Pauca igitur
ex multis excerpam: nec uereborne Romanarum in laudibus matronarum nimius dicar:
B quib⁹ par eſſe nō ſpero. Prætereo Euſtochiū Paulæ filiam: præcone Hieronymo inſignē &

Marcellam & Aſellam & Fabiolã & Bleſillam: aliaſq; clari nois ỹgines aut uiduas. Quid aũt de te dicam fœminarũ optima & glorioſa Melania? Non ego tantas cõciueſ ac uicinas: quas ætas: patria: chriſti fides: animi pietas uirtuſq; coniũgunt: ſtilo ſegregẽ: iuxta Paulam ſedebis. Tu quidẽ Romani filia conſulis: Romani præconis mater: genᵒ: opes & paternum decus uirtutibᵒ ſuppreſſa: uiduitatis ſtatũ tanto pudicitiæ ſtudio tãtiſq; miſericordiæ operibus honeſtati: ut uirginitatis laudẽ ꝓpe trãſcenderes: oblita ſanguinis: oblita pignorũ: oblita potentiæ ſoliuſq; memor chriſti: utq; illũ indueres: exuta ſoli natalis affectũ: exuta nataliũ reſpectũ & amorẽ tuorũ & corpis tui curam exoſa. Deniq; chriſti conſilio animam tuam in hoc mũdo: ut ĩ uitam æternã cuſtodires eam: mira ſollicitudine ſanctos patres in deſertis ſolitudinibᵒ quæſiuiſti: eoſq; etiam ad exiliũ ꝓſecuta: de labore tuo ſanctũ illis obſequiũ: de facultatibᵒ piam alimoniã præbuiſti. Honoratrix ſanctorũ: reuocatrix errantiũ: ꝑegrinorũ mater: tuorũ in chriſto tutrix atq; conſultrix. Cum ingẽtes enĩ opes ĩmenſumq; patrimoniũ in egẽtiũ alimenta fœliciſſima libertate diſpgeres: & quaſi quidã inexhauſtᵒ fons bonorũ nulla largitionũ exundatiõe deficeres: inq; aliud nihil intenta: ſeptẽ & triginta annos indeficiẽte rerum facultate & indefeſſa charitate animi pegiſſes: Iam ſexagenariã tuorũ reuiſendorũ: non carnale ſed diuinũ & ſpiritale deſideriũ cœpit. Itaq; Romam rediẽs natum: nurum: neptem: ut nois hæredem: ſic animi ꝓpoſitiq; tui: Ac ne lõgũ faciam: tuos omẽs tua ꝑ ueſtigia: diſtractis patrimoniis in uiam chriſti & amorẽ uitæ ſolitariæ direxiſti. Stupor eſt memiſſe: qđ auũ quod ue argentũ: quas ſericas ueſtes: q̃tas pecuniarũ ſũmas tua illa quoq; neptis egregia & ſedula tuarũ uiarũ obſeruatrix: eccleſiis ac religioſis ægentibᵒ toto orbe diffuderit: qđ pro chriſti ſeruitio: ſuorũ milia ſeruorũ libertate donauerit: q̃s poſſeſſiões non modo Romæ ſed in Aqtania etiã & Gallijs Hiſpaniiſq; uendiderit: precio ĩ miſericordiam uerſo: & his tantũ agris quos intra Campaniã: Siciliã atq; Aphricam poſſidebat: tam late ſe fortuna muliebris extẽderat: nõ ad aliud q̃ ad uſum pauperum & iuge pietatis exercitium reſeruatis. Qua præterea ætate hæc ageret: cum uigeſimo ſcilicet ætatis ãno: tuis accẽſa monitis & exẽplo ſæculoq; renũciãs: ipſũ (ut ita dicã) prupureũ uitæ florẽ & præclarũ cõiugiũ: & tãtas diuitias ac delitias neglexiſſet. Quarũ ſanctas intẽtiões adiutas cœlitus uel hinc patet: q̃ illa iunior Melania: ita illud ingens precium e tantis poſſeſſionibus redactũ theſaurũq; ſuũ omnẽ oportuno tempe diſperſit deditq; paupibus: ut ſi paululũ diſtuliſſet: ad Alarici manᵒ ilico Romã Italiãq; uaſtantis uenturũ omnẽ fuerit: qđ illa iam tunc in meliores uſus magnis opũ põderibᵒ expedita cõuerterat: quaſi teipſam ſuaſq; res præreptas lupi faucibᵒ: chriſto libens ſub multiplici fœnore largireẽ: Tu aũt fœlix anus omnibᵒ tandẽ quæ iter ad cœlum pandũt: non fœminea leuitate tranſactis & q̃ſi iam temporis tui curſu ac laborũ agone plauſibiliẽ cõſũmato: nil in terris agendũ ſupeſſet: ante duos menſes ex quo Hieroſolymã redieras: relicto ibi monaſterio: finẽ rerũ tranſeũtiũ & beatum uitæ laudabilis exitũ inueniſti: Eũq; tibi honorẽ Chriſtus exhibuit: ut ꝓpter fœminã unam tot uirorũ ac fœminarũ milibᵒ pepciſſe: & decretũ ſeu ꝓmiſſum ſuppliciũ diſtuliſſe uideretẽ. Siquidẽ mox ut patria & rebus humanis exceſſeras: urbẽ Romã irruptio illa barbarica & horrẽda uaſtatio conſecuta eſt. O ingens & pio mulier inſignis exilio: & neſcio q̃dem an tali uita an morte fœlicior: Multo certe clarior iaces ſolitario ĩ puluere: q̃ ſi Romæ carẽs his meritis: inanibᵒ titulis: in ſculpto ſepulchro marmoreo iacuiſſes: multoq; ibi glorioſius ædes chriſti tuis manibᵒ fundata conſpiciẽ paupibus ſeruitura: q̃ Romæ palatium auitũ: aut barbaricis flãmis arſurũ: aut ſenio ruiturũ. Sed diu fateor me tuæ uirtutis admiratio in hoc ſermone detinuit. Et iam ſatis multa de fœminis deq; trãſmarinis rebᵒ: ad uiros & ad patriam redeat ſtilus.

C

D

De ſancto Gregorio papa magno ſolitudinis amatore: Ca. VIII.

A

Vid ergo Gregorius hic noſter Romanæ ſedis magnuſ antiſtes? Nõne magnificas q ac frequẽtes domoſ in ſolitaria templa cõuertit: antiquaſq; poſſeſſiones ſibi præripiens: chriſto dedit? Ita ſibi q̃ tũ licuit in maxima pleniſſimaq; omniũ urbe ſolitudinẽ fecit: ut ubi auos attauoſq; ſuos creber obſequẽtis populi concurſus ornauerat: illic ipſe ſuo domino ſolus obſequeretur: & ſi famæ illum ſplendor eductum latebris magno curarum in pelago ſupremaq; tandem dignitatis arce locauerit: Quem ſuum aſcenſum: cum ſæpe alibi: tum ſuper Eçechielem ſcribens: mœſta commemoratiõe conqueritur. Et quidem inquit in monaſterio poſitus ualebam: & ab ocioſis linguam reſtringere: & ĩ intentione orationis pene continue mentem tenere: At poſtq; cordis humerum ſarcinæ pontificali

ſuppoſui: colligere ſe ad ſemetipſum aſſidne non poteſt animus: qui ad multa ſpargitur.
B Alia ibi deinceps contra ſe præſentēq; tunc ſtatū ſuū loquit̄. Sed multo plura in proœmio dialogi: quē librū ĩceptur⁹: ſecretū locū amicū mœrori ſe petiſſe teſtat̄: ubi uel modicum a rerum ſæculariū tempeſtate quieſceret. Illic ergo dilectiſſimo filio & familiariſſimo amico reſpondēs: Infœlix inquit anim⁹ meus: occupatiōis ſuæ pulſatus uulnere meminit qualis aliqñ in monaſterio fuit: quō ei labentia cūcta ſubtererāt: q̄tū rebus oībus quæ uoluunt̄ eminebat: q; nulla niſi cœleſtia cogitare conſueuerat: q; etiam retent⁹ corpe: ipſa iam carniſ clauſtra contemplatiōe trāſibat: q; mortē quoq; quæ pene cūctis pœna eſt: uidelicet ut ingreſſum uitæ & laboris ſui premiū amabat. Quib⁹ commemoratis: ad contraria triſtior ſe conuertēs: At nūc inqt ex occaſione curæ paſtoralis ſæculariū hominū negocia patitur: & poſt tā pulchrā quietis ſuæ ſpeciē: terreni actus puluere fœdat̄. Quæ ſeqūtur: attexere longum eſt: & mīme neceſſariū: Finis eſt: ut & ſe recordatiōe uitæ præteritæ torqueri acri⁹: & ĩ
C compatione quiete uiuentiū miſerū fateatur: quor̄ plurimos in hac de qua loqmur uita ſecretiore placuiſſe diffinit. Nec min⁹ & illa ſupuacuū ſequi: quæ ĩ eo libro ſcripſit: ubi Iob afflictū afflict⁹ expoſuit: Propterea q; & uterq; puulgat⁹ eſt liber: & hæc ĩ utriuſq; ueſtibulo ſcripta ſunt: mitto alia ꝓpe flebiliora: ubi ob hūc ipſum ſuū aſcenſum & inceſſant̄ ſe ait flere: & amicos orat ut ſi eum diligāt ſecum fleant: ac pro ſe deū rogent: ut intelligas ſuū illum ītellexiſſe periculū: qui q̄ſi genus mortis exiſtimās ſolitariæ uiuere deſĩſſe: amicor̄ auxilium in eo ſtatu tam ſupplicit̄ imploraret. In epiſtola aūt ad Narſetē Patritiū de hocipſo loquēs: tanto ſe mœrore ꝓcuſſum dicit: ut uix loq ſufficiat. Ex quib⁹ apparet: & pontifica⁹ ꝓmoleſtā illi ſarcinā: ſicut eſt oīmbus ꝓfecto qui illæſam īmaculatāq; cuſtodiūt: & ſolitariæ uitæ dulcē fuiſſe memoriā: niſi collatiōe diſpariū mutati ſtatus amaritudinē acerbaſſet.

De ſancto Benedicto ſingulari ac deuotiſſimo ſolitudīs habitatore: Ca. IX.

A ſ Ed ubi iam dux occidentaliū monachor̄ Bñdict⁹ remanet: At qs eum chriſti fideliū nō nouit: quis ſanctū iuuenile conſiliū nō audiuit: Qui q̄uis a prima ætate uirtutū hoſpes: uoluptatū hoſtis: arduam cœli uiā eſſet ingreſſus: ut cōpendioſi⁹ tamē ac tuti⁹ ꝓgeret Romam Nurſiāq; dimiſit: q̄rum in altera educat⁹: ortus ex altera: utriuſq; amorē uſu ac natura contraxerat. Vicit tñ carnales affect⁹ animæ cura: petijtq; fœlix puer non modo ſolitudinē: ſed deſertū & illud īmane: ſed deuotū ſpecus: q̄ qui uiderūt: uidiſſe quodāmodo paradiſi limen credunt: Vbi qualiter uixerit ſciens ſileo: cum & cuncta nobiliū ſcriptor̄ fides latecq; loquax fama uulgauerit: & iacta illic ĩgētia præclariſſimæ religiōis fundamēta teſtēt̄. Id nūc mihi ſuffecerit: & ſolitudines nr̄as honeſtaſſe cōmemoratiōe tanti incolæ: & ꝓpoſitū meū præſens tali teſte firmaſſe. Longū eſt enumerare: qui deinceps uiri: & q̄les hui⁹ ueſtigia ſecuti: & uel claritate ducis & exempli ſtimulis: uel inclinatiōe naturæ: uel diuinis oracul̄ admoniti: Religionū uenerabiliū fundatores: uarias ſolitudines petiere.
B Indicio nūc etiam ſunt ſacra cœnobia & inter ſpelæa ſylueſtria deuotiſſime domus chriſti: Ciſtertiū: Maiella: Cartuſia: Vallis umbroſa: Camaldulū: ĩnumerabileſq; aliæ. Quar̄ religionū riui: & ſi cœleſti deuotiōis augmēto poſtmodū longe lateq; diffuſi ſint: & plana cōpleuerint: ſi tamē ut magnor̄ fluminū fontes: ſic harū quæris origines: ex aſperrimis mōtibus emanaſſe comperies. Clarū quidem ex oīb⁹ & famoſum. Benedicti nomē: Cui⁹ hiſtoriam uitæq; modū quiſq; noſſe cupit: non ſcrutari abdita iubeo: Gregoriani dialogi cuius ſupra mentio eſt habita: ſecūdū libr̄ ꝓlegat: qui ex illius actib⁹ eſt totus: & ubi rerum claritas ſtilo etiam illuſtratur.

De Solitudine ſancti Florentĩj: Ca. X.

A ſ In ocul⁹ ſerie rerū duct⁹: intra libri tertij methas exceſſerit: uidebit illa ſolitudīs Italiæ congeſta miracula. Occurret ei Florenti⁹: qui in monaſterio ſolus agens: dum a deo cui cum iugis oratio & multa ſimplicitas familiariſſimū fecerāt: aliq; ſolitariæ uitæ ſolaciū poſtulaſſet: ꝓtin⁹ eidē urſus aſtitit: quo deinde feritate depoſita ceu paſtore aliq; paucarū ad cuſtodiā pecudū uſus eſt: deq; eiuſdem ultione: quē quorūdam fratrum liuor occiderat imprecatio irati: dicto citius ad cœlum uenit: ut illis mox horrendo ſupplicio affectis: obſtupuerit: ſeq; ꝓpetuo ſontem uocās: & tam celerit̄ exauditū gemēs: oīa reliqua uita ſine lamētiſ & dolore nō fuerit. Rogo quæ legiōes aut q reges ad hāc potētiā laborādo pueniūt: ad quā ſolitaria hūilitas qeſcēdo: Occurret inde Martin⁹ ille Marſici mōtis accola: cui de rupe ſolida fluens pennis aquæ tenuis ſtilla: duræ rupis ſtillantis olim in deſerto
B ꝓdigiū renouauit: Quiq; cum ſerpēte terrifico; ſub cui⁹ ſpecie uetus ſerpens terribilior la-

tebat:uno eodemq; ſpecu continue ſine offenſa toto triẽnio uerſat⁹:Illo demũ mira patien/
tia ꝓcul pulſo ipſe uictor ſolus ſuſtitit. Occurret alter ſine noīe:ſed cuius nomẽ in cœlo eſt:
Argentarij montis inhabitator:qui cum defuncti faciẽ puluere fricuiſſet: incredibile ac ſtu/
pendũ:niſi quia credẽti nihil impoſſibile ẽ:exangue cadauer & mox futurꝫ puluerẽ puluere
ſuſcitauit. Occurret ſolitari⁹ Menas: tãtæ uir innocẽtiæ tantæq; fiduciæ :ut non ſolum bar/
baros tunc uicinia uexantes reuerẽtia ſui noīs famaq; compeſceret:ſed maximos atq; īma/
nes urſos e ſylua ꝓxima ſancti uiri aluearibus inſultantes:ferula quam de more geſtabat
quaſi domeſticos catulos caſtigaret trepidãteſq; depelleret.

De Solitudine ſancti Franciſci: Ca. XI.

Peroſũ fateor cuncta cõplecti:nec ea mihi nũc cura ẽ:neq; enī ſcriptur⁹ hiſtoriã: ad A
o calamũ ueni:ſed undiq; decerptur⁹ illuſtria: nec ea quidẽ oīa:ſed quæ cœpti operis
ſeruato calle præteriẽs poſſem:an uero uel hoꝛ aliquem ī patria ſua uel Benedictũ
Nurſiæ unq; ad id gl̃iæ uẽturꝫ:uel Franciſcũ ſeu uolucrũ audiẽtiã : ſeu ſeraphicũ raptæ mẽ/
tis ardorem:ſtupendũq; illud inſigne ſacroꝫ chriſti ſtigmatũ & uulnus animi membra te/
ſtãtia tantũq; tã breui de pauꝑtatis coniugio genitæ ſobolis incrementũ habituꝫ credim⁹
ſi manſiſſet Aſſiſij. Qui licet:ut aiunt:diuinitate cõſulta & reuelatiõe cœlitus accepta:ꝙ ſa/
lute multoꝫ inter uitæ hominũ bella:periculoſas non tam ſibi q̃ militib⁹ ſuis excubias ele
giſſet:ipſe tamen magnus amator ſolitudinis heremiq; ſectator fuit.

De triplici ſolitudine: Capitulũ incidens: Et de ſolitudine Blaſij & alioꝝ: XII.

Riplex nẽpe ſi rite complector ſolitudo eſt:Loci ſcilicet de qua maxime mihi nunc A
t ſermo ſuſceptus eſt. Tempis: qualis eſt noctiũ qñ etiam ī roſtris ſolitudo ſilentiũq;
eſt. Animi:qualis eſt eoꝝ q in ꝓfundiſſimæ cõtẽplatiõis abſtracti luce media & fre
quẽti foro quid illic geraẽ neſciũt:qui q̃tiẽs & ubicũq; uoluerint ſoli ſunt. Has quidẽ ſimul
omẽs ſolitudinũ ſpecies:nulli q̃ Franciſco magis frequẽtatas uideo. Luſtrabat heremos: ī
templis ſæpe ſemirutis ꝓnoctabat. Sæpe ꝑ diem inter turbas a præſentiũ reꝝ ſenſu rapieba
tur: Et pulſo huc illuc corpuſculo colliſione hominũ:cœleſtib⁹ mens affixa erat. Hinc illa ſe/
curitas in q̃talibet hominũ frequẽtia:quã ſibi feruẽtiſſim⁹ chriſti amor :& caro miꝛ in mo
dum ſpiritui ſubiecta præſtabat:unde arbitror effectũ:ut ſibi & ſuis ſtationẽ in populis ac/
ceptaret:ratus facile futuꝫ oīb⁹ qđ poſſibile ſibi eſſet: quia enim anima illa ſeſe deijciẽdo
ſublimis & illimis:ac defæcata ab om̃i colluuione terreſtriũ:nullis tumultib⁹ a chriſto ſepa
rari poterat:qđ in ſe expiebaẽ:id uel multo facilius in alijs præſumebat:ſic illum in iudicio
cæteroꝫ ꝓpria fallebat humilitas. Qđ ut ſic opiner:opinio illa me cogit quã de ſe uir ſan/
ctus habuit:peccatorẽ ſe maximũ ex oībus:qđ cuidã e fratribus ꝓcontanti : quid de ſe ille
ſentiret:reſpondiſſe legiẽ . Et q̃uis hæc ita ſint:ſæpe tamen audiui religione ſcientiaq; præ/
ditos ſucceſſores ſuos ſi patris ſcita ꝓmitterẽt ſolitariã uitam eximijs præcordijs ſuſpirãtes.
Ipſe etiam ut dixi:q̃tũ ſolitudinẽ ſemꝑ amauerit:teſtis eſt uita eius litteris edita:teſtis uitæ
regula:quã ſibi primũ & poſteriſ in monte dictauit:mox ꝓditam:nõ niſi in ſolitudine refor
mauit. Teſtis demũ ſua peculiaris habitatio. Nam ut Bñdicti:ſic hui⁹ quoq; locus oſtendi
tur unus ex multis:q̃ nõ ali⁹ fere uſpiam remotior Aluerna loco nomẽ. Vtriq; igitur ſolitu
do calcar incuſſit acutiſſimũ & ad alta diſpoſitos ſollicitauit animos: Itaq; dũ latitãt:mun
diq; gloriã ſpernũt: toto illos orbe notiſſimos atq; clariſſimos fecit . Inẽ eos ſane q̃s nobi/ B
litauit herem⁹ nec ſilendus eſt Blaſius martyr quẽ ſpelũciſ abditum:& uiſitatũ a feris & ab
auib⁹ paſtum ferũt. Nec Leonardus & Liffardus fratres:ambo monachi : ambo ſolitarij.
Nec Veridimi⁹ heremita clariſſim⁹: Nec comes ei⁹ prætereũdus Egidi⁹ qui Athenis regio
genere ort⁹:ut ꝓhibẽt:& gen⁹ & patriã:& opes & litteras græcas q̃b⁹ abũde pollebat :galli/
canæ poſthabuit pauꝑtati:ſtudio ſolitudis uniuerſa cõtemnẽſ:ubi & miraculis emicuit:&
inẽ cætera blãdiẽtis ceruæ lacte nutrit⁹:alũnã ſuã uenatoꝝ canib⁹ inuiolabilẽ præſtitit: Ita
ut miraculo rei tacẽ⁹ galliaꝝ Rex ad ſpelũcã uiri ſentib⁹ obſitã penetraret: non ſine multo
militũ labore:ferro aditũ pãdẽtiũ. Venerãda deniq; uiſi ſenis effigie:& iuxta ſenẽ accuban
tis ſpectaculo permotus altricis:ſubmotis omīb⁹ ad eum ſolo quodam cũ præſule Rex ac/
ceſſit:& talẽ uirũ repperit:ut magnis ei munerib⁹ oblatis magnificeq; contẽptis inq; uſus
alios uerti iuſſit:tandem & cœnobiũ cõſilio eius extrueret illis in locis uſq; nũc celebre:&
deinceps ad eum uiſitandũ ſæpe ſubmiſſo faſtu regio ueniret: quem ſibi hominẽ non origi/
nis ſplendor ac paritas:ſed ſolitariæ uitæ decor ac ſanctitas peperere.

De Solitudine ſancti Remigíj: Ca. XIII.

A q Vid Remigiũ loquar? qui ad illã famæ claritatẽ quæ ímaturo æui pontificale pondus impoſuit: qđ amplius q̃ ſeptuaginta annos ſũma uirtute & induſtria geſſiſſe traditur: Quia francoꝝ & regem & gentem ad chriſti fidem primus iſte conuertit: & cælitus: ut aiunt: miſſo chriſmate regem unxit: unde inungẽdoꝝ illic regum nata ſolẽnitas in ſæculũ noſtrũ durat. Ad hæc inquã: & ad hanc altitudinẽ: unde oro: niſi ab ipſis humili-

B bus uitæ ſolitariæ rudimẽtis aſcẽderat? Quid Narciſſum Hieroſolymoꝝ epiſcopũ uiꝝ clarũ atq; mirabilẽ: quẽ & ꝑſecutiõis indignitaſ: & ſecrete uitæ deſideriũ in ſolitudinem egere: ubi multos ãnos deſertis in locis degens: nõ modo ꝑſecutorũ calũnias declinauit: ſed ueri

C philoſophi ſummũ mun⁹ impleuit? Quid Guilhelmũ deniq; uirum fortem: & uetuſtæ ꝑ-

D ſapiæ: qui ætatis florem ipſum cum terrenæ militiæ dedicaſſet: in deſerto ſeneſcere maluit: & mori ultimis uitæ fructib⁹ cœleſti militiæ conſecratis? Quid aliũ eiuſdẽ & ꝑpoſiti & ſtatus & nominiſ Guilhelmũ: ſæculari primũ faſtu: poſt aũt monaſtica humilitate conſpicuũ: qui derelicto ſpretoq; opulento oppido: ſolitudinẽ: paupertatẽ & ſilentiũ exoptauit? Montis enĩ peſſulani dñs cum eſſet: grandis ſyluæ monachus factus eſt: Incꝑ illo cœnobio tanq̃ portu iecit ancoram: uitæ tempeſtatibus ereptus uir magnificus in ſæculo: ut uere de illo quidam ſcribit: ſed magnificẽtior in ſæculi fuga.

De Solitudine beati Bernardí: Ca. XIIII.

A q Vid Bernardũ cuius & recentiora & notiora ſunt oĩa: qui & forma corporis clarus & genere: in ipſo adoleſcẽtiæ flore: fructum animæ ſuæ cogitãs: ſolitudinem adíjt: ſed nõ ſolus: Siquidem ꝙncꝑ germanos in eiuſdẽ ꝑpoſiti uiam traxit: ubi illa relatu digna narranẽ: Nam & cum Gerardus unus fratrũ: ſed armatæ ſtudio militiæ: a fraternis conſilíjs abhorrens: meliorib⁹ cœptis & illuderet & obſtaret: Ille cœleſti ẓelo concitus prædixit fore: ut poſt non longũ tempus prædurũ illud & diuinis monitis in peruiũ latus hoſtilis haſta ꝑſtringeret: admoto inſuꝑ ad locum digito ubi uulnus inſtaret: hic hic inqẽs ferieris: & cum dolore ſaltem corpis ſubintrabit ſalus animæ. Qđ ut uaticinat⁹ eſt accidit: & intellectu malis exercito: militaris aſperitas in monachalẽ mãſuetudinẽ flexa eſt: ut mox ultro qđ antea irridebat appeteret. Et fratrũ alter natu mĩm⁹: cum fratres oẽs in ſolitudinem ꝑgentes cerneret: forte tũc puerilib⁹ intẽtus ludis: eiq; primogenit⁹ ualefaciẽs inẽ blãditias diceret: Ad te Iunarde frater: Id enĩ erat puero nomẽ: totius terræ quæ omniũ fuerat ꝑuentura poſſeſſio ẽ. Ille ſupra ætatẽ: Mĩme inquit: æqua diuiſio: uos cœlum habebitis oẽſ ego terram? Qđ reſpõſum breui rebus ipſis impleuit: & ipſe nouiſſim⁹ fratrũ iter gradiens & tellure dimiſſa per ſolitudinẽ cœlum petens: Ita nullus omniũ penitus terris hæſit. Quorum ꝑfectuũ pia mater haud dubie particeps uideri debet: quæ ab infantia ſic natos inſtituit: ut uictu tenuiſſimo cõtentos & ſolitariæ religioſæq; uitæ: quã urbanis uoluptatib⁹ aptiores uirilis ætas excipet: His morib⁹: his domeſticis inſtitutis creuit ſimillima matri proles: uere nobilis ac ſancta familia: & fœcũdæ uitis generoſi palmites: etiam ſi alibi q̃ inter Alobroges germinaſſẽt. Sane cũ omẽs feruidi ꝑmptiq; omẽs ad patriæ cœleſtis aſcẽſum: unus tamen omniũ dux Bernardus: qui naſcẽdi ordine tertius in renaſcẽdi ꝑpoſito prim⁹ fuit: ad poſtremũ & annoſum patrẽ & ſororẽ unicam poſt ſe trahens. Huius ego facundiæ

B abſtinentiæq; omiſſis laudib⁹: qm̃ omĩbus notæ ſunt: Illud egregiũ ac præclarũ dictum & his quæ inter manus habeo ualde conſentaneũ non ſilebo. Solebat enĩ dicere: oẽs ſe quas ſciret litteras: quarũ neſcio an alius ſua ætate copioſior fuerit: in ſyluis & in agris didiciſſe: non hominũ diſciplinis: ſed meditãdo & orando: nec ſe ullos unq̃ magiſtros habuiſſe præter quercus & fagos. Qđ ideo libenter refero: quia ſi qđ & mihi noſſe datũ eſſet: idem de me uere dicere uellẽ: & niſi fallor poſſem. Iure: ut arbitror: hũc locũ occupauerit Arnulph⁹ territorij Metenſis: heremicola nobilis atq; eiuſdẽ urbis epiſcop⁹: Nec min⁹ Eucherus ꝙ primũ claritate ſanguinis & ſenatorij ordinis dignitate cõſpicuus: multũ poſtea religione ac ſolitudine clarior: ſpelũcæ horridæ ꝑſeuerantiſſim⁹ incola fuit in territorio Lugdunenſi: Ad cuius urbis epiſcopatũ & hic demũ non ſuo ambitu neq; humano ſuffragio: ſed cogentib⁹ meritis & angelica glorioſe admodũ reuelatiõe cõſcẽdit: Vtq; ueracem ſanctaꝝ ſolitudinũ

C terrã ſcias: ijſdem in finib⁹ & Romanus & Domitian⁹ primũ ſolitarij heremitæ poſt abbates celeberrimi claruere: atq; ut trãſmarinas ſolitudĩes tranſalpinis miſceam: Vrſacius ſæculari primũ cognit⁹ militia: illa poſt reiecta: notior Chriſti miles apud Nichæã bithyniæ

ſolitariam uitam:non ſanctitate tantū:ſed miraculis claram egit. Sed iam ſatis exteras ſolitudines circūiuimus:ad Italicas redeundū eſt.

De Solitudine Carlomani: Ca. XV.

Vis non eiꝰ quem magnū uocant Caroli patruū Carlomanū memoreꝫ: qui cum Pipino fratre regni particeps:& regno ſimul & regijs curis cedens:Romā adijt ociandi ꝓpoſito:Atq; ibi monaſtico habitu aſſūpto: Silueſtri latibulū Soractis montem petijt:ubi cum uotiua requie bienniū exegiſſet: Tandem quia crebro & nimis honorifico pegrinorꝫ ſuæ patriæ concurſu: locus is ut qui Romam petentibꝰ ſecus iter longeq; notus atq; conſpectus eſt: minus indies ſolitarius uotoq; ſuo conueniēs uiſus erat: ad ſecretiorem atq; ſemotiorē Benedicti domū Caſſinēſe cœnobiū cōmigrauit: Ibiq; qđ optabat & quærebat:fratre iterim ac nepote pro caduca ſede laborātibꝰ:& quietas latebras & trā quillum uitæ finem habuit.

De Solitudine Romualdi: Ca. XVI.

Equitur hunc alius ætate poſterior:merito autem prior Romuadus Rauēnatiū urbis nobiliſſimꝰ incola:& illuſtri ducum ſtirpe progenitꝰ. Hic ab adoleſcentia cꝫuis opum & ætatis & generis inſolentia tumidus & deuinctus illecebris:animo tamen aſſurgens:inter illiꝰ temporis uoluptates:& iuuenilia ſtudia:ſanctam ſemper ſolitudinem ſuſpirabat. Itaq; dum uenāti ſæpe taciti nemorꝫ receſſus occurrerēt: cœleſti mox deſiderio percuſſus hærebat:atq; ad ſe uerſus aiebat:O cꝫ delectabilis:cꝫ trāquillus:& cꝫ deo ſeruire uolētibꝰ oportunꝰ locus: cꝫto melius hic amici dei cꝫ in urbibꝰ habitarēt. Itaq; generoſæ indolis adoleſcens ad captādas feras profectus in ſyluam: captādarū chriſto negociū animarum:iam florenti necdum matura pietate cogitabat:neq; uero diu inefficax cogitatꝰ eſſe potuit:ut quem ſpiritus ſanctus aleret:aſſidue & augeret. In ipſo igit ætatis flore:gloriam: uoluptates:opes:patrem:patriā:mūdum deniq; & ſeipſum talem fugiēs:ut ſe alium inueniret:totū ad heremiticæ ſolitariæq; uitæ ſtudiū ſe cōuertit. Et primꝰ illi quidē e ſæculo exeunti:haud procul a patriæ mœnibus ad Claſſenſe cœnobiū ſaltus fuit. Inde autem exacto ferme triēnio:fratrum uitijs offenſus abſceſſit:& ad marinū quendam ſolitarium degentē in regione Venetorꝫ:ſanctum utiq; ſimplicemq; hominē quem per famam nouerat: deuotiſſima raptim humilitate perrexit:eūq; præceptorē ac magiſtrū fidelem potius cꝫ diſcretū patiētiſſime pertulit:eiuſq; non ſolum uerba:ſed uerbera tam æquanimis ac ſubmiſſus excepit:ut eūipſum meritum in ſtuporem cogeret:qui deinde ſecū magnis & honeſtis ex cauſis pro ſalute aīæ ſcilicet Petri Vrſioli Venetorꝫ ducis:& ducatū & ſæculū his comitibꝰ relinquentis:tranſgreſſus in gallias:breuiq; poſt tempore in Romualdo ſpiritaliū uirtutum incrementa conſpiciēs: diſcipuli tandem ſui diſcipulus fieri non erubuit: & cui pauloante præceperat obedire. Inde autem multo cum dolore gentium illarū inter quas aliq;tū tempus exegerat:uſq; adeo:ut de eius etiam cede cogitarent: quatenus quem uiuentem tenere nō poterant: mortui ſaltem corpꝰ theſauri inſtar ingentis ad præſidiū ſuæ patriæ retinerent:ſimulata dementia elapſus:& ſic in Italiam non minus iuſtis reuerſus ex cauſis:cꝫ abierat:ſed aliq;to etiam iuſtioribꝰ:ut uidelicet patrem ſuū Sergium īminenti animæ periculo:tempeſtiuus eriperet. Ipſum quidem qui in monaſterio ſancti Seueri prope Rauennam ſuſceptus in monachū fuerat:religioſo iugo colla ſubducere meditantē: ut nūciatū illi erat: & ad ſæculum redire properantē repperit: cūq; nil uerbis ac precibus ageret:non patrē cui ſubeſſet: ſed monachum cui ſpiritali præeſſet auctoritate conſiderans:ſalubribus uinculis peſtiferū coercuit appetitum:pie ſeuerus in parentē:ut eum patris æterni ſeueritate liberaret ſucceſſitq; fœliciter. Nam Sergius malis admonitꝰ:ad cor redijt: & caſtigationē non ut filij:ſed ut patris amplexus mira compūctione propoſitū immutauit: atq; ita in uirum alterum uerſus eſt:ut mox & lachrymis peccata dilueret & beatifica uiſione recreatus:amatū ſimul pondus corporis:& optatos mundi laqueos uotiua morte deſereret. Lōgum eſt deinceps laborioſam uiri militiam ſub ſeruitio Ieſu chriſti deuotoſq; diſcurſus: non italicos modo uel tranſalpinos:ſed etiam tranſmarinos uerbis amplecti: qui tam crebri ac difficiles fuerūt:ut ab illo qui uitam eius deſcripſit:meruerint excuſari: quia ſcilicet ad hūc uirū ne quicq; latitare cupientē: ubicunq; terrarū eſſet: īnumerabilis deo ſeruire cupientiū turba conflueret:nō humiliū modo:ſed illuſtriū: ut quotiens locum unū ſuis monitiſ Chriſto quæſita familia impleſſet:rectore illis impoſito:neceſſe haberet: omnis expers deſidiæ: & quietis inſcius:in locum alterum cōmigrare: ſanctiſſimꝰ animarꝫ paſtor: nouum dño ſuo

gregem nouis ī paſcuis quæſitur⁹. Longum præterea noīatim exequi: quot q̄̄ claros chri/
ſto ſeruos ſibi diſcipulos ambiēdo quæſierit: in quibus & duces & comites & filij comitū
fuerunt: quin & ipſe Romanus imperator Ottho: licet is differens atq; ꝓcraſtinans: uotum
in ſancti manibus uiri factum: implere præuent⁹ morte nequerit. Longum deniq; quib⁹ in
D locis habitauerit: q̄s heremos diſcipulis ſanctis impleuerit: quæ deſerta frequētauerit: quæ
templa conſtruxerit: in quibus præclariſſimū nomē habet herem⁹ Camaldulēſis Aretinis
in finibus: cuius ille & loci & ordinis inſtitutor ac princeps fuit: tanta deuotione ſingula fa/
ciens: tantis ieiunijs: tantaq; cibi lautioris abſtinētia ipſe gulæ ſuæ illudens: tantis ſuſpirijs
tantiſq; cum lachrymis: eoq; impetu atq; ardore animi: quem nullus unq; ſtilus æquaue
rit. Ea demū ſollicitudine tam iugi tāq; anxia & uſq; ad ultimū indefeſſa: ut more Cæſareo
ſed intentione alia: nil actum credens: dum quid ſupeſſet agēdū: his ſacris ædificijs ad exi/
tum uix perductis: ſemꝑ incipiens ac feſtinās noua iaceret fundamēta: Prorſus quaſi totū
orbem unam heremū: omnes homineſ monachos facere decreuiſſet: Et hæc inter quas ꝓſe/
cutionñ moleſtias: non dæmonū modo ſed hominū: & præſertim ſuoꝝ q̄̄ patienter tulit
ac fortiter. Quanta illi in aduerſis alacritas atq; lætitia: magnū ſolidæ mentis indiciū & in
ſtatu quolibet frons una perpetua ſerenitate notabilis: quod imprimis Socrati Lelioq; tri/
buit̄: quibus hic ſanctus de quo loquimur: uniformitate par fuit: pietate autē ac religione
ſuperior. Quāta uero huic oris hilaritate iūcta eſſet auctoritas: & neſcio quid diuinū in il/
E lius uultu uenerabile pariter ac tremendū: quo & boni illum colerēt & timerent mali: ma/
gni licet ac potētes & tanq̄ corā deo poſiti cōtremiſcerēt: uſq; adeo ut & impator Roman⁹
Ottho iunior eum familiarit̄ ac reuerenter inuiſeret: inq; illius lectulo per noctem conquie/
ſceret: Et impator alter Heinricus cum uir ſanctus ad eū & illius & diſcipulorꝝ ſuorꝝ preci/
bus expugnat⁹: uix ueniſſet: ſibi lætus ac uenerabūdus aſſurgēs: pio ſuſpirio in hæc uerba
ꝓrūpet: O utinā eſſet anima mea in corpe tuo: & impialiū comitū uiro dei circūfuſa acies
atq; humilit̄ accliuis: pellicie q̄ tūc ille erat idut⁹: uillos ꝑ charis ac ſanctis reliquijs ī patriā
relatura: nō ſine ipſi⁹ graui mœrore: deuota undiq; certatim importunitate decerpet: opi/
F natiſſima ſanctitate barbaricos etiam ſpirit⁹ molliente. Ad hæc & Raynerius Tuſciæ Mar/
chio: neq; impatoris neq; cuiuſq̄ mortaliū: q̄ tum Romualdi ſolius aſpectū ſe metuere fa/
terēt̄: neq; illo præſente ſibi oīno linguam aut ingeniū conſtare. Poſtremo quæ per illū ſeu
uiuentem ſeu defunctū diuinit⁹ ſint geſta miracula: quæ præſentis dei potētia ac uirtute ge/
ri multis & claris īnotuit argumētis: Illis duob⁹ inter plurima: q; & Gregorij cuiuſdā fra/
tris intolerabilē capitis dolorem ſolo ſanauit anhelitu: Et alteri⁹ non dolorem: ſed inſani/
am uno pepulit oſculo: qui curatus ſe mox quidem: ut ſacra uiri labia contigiſſet: uæhemē
tioris aure ſpiritum ſenſiſſe: illius ex ore ꝓdeuntem aſſerebat: quo afflatus ſubito ſalutē pri/
ſtinam recepiſſet. Id ſane qd aliud fuiſſe crediderim: q̄ ſpiritū illū qui ubi uult ſpirat: quo
G ꝓfecto uir deo acceptiſſim⁹ plen⁹ erat. Lōga inquā hæc relatu & mīme neceſſaria: cū ab illo
ipſo quem prædixim⁹ eius hiſtorico contemporaneo & cōciue ſuo ſanctitate ac ſcientia ui/
ro inſigni: & ipſo quoq; ſolitario: de quo ſine medio poſt hūc dicam: de his æditus liber ex/
tet: Summa igitur rem comprehēdat: Siquidē e cētū uiginti annis quos habuit uitæ: uigin/
ti primi in ſæculo acti ſunt: tres in monaſterio: cuius regimen coactus accepit uolenſq; de/
poſuit: Reliquis omnib⁹ ſeptem & nonaginta heremiticā uitā duxit ſemper uigilantiſſim⁹
nunq; ceſſans: ubiq; fructificās: & ut de illo ſcribit̄: ſterilitatis impatiens: ac ꝓpterea omni/
bus locis & tempib⁹ toto corpore totaq; anima ad nihil aliud q̄ ad lucrum ſollicit⁹ ani/
H maꝝ. Ad extremū uero morbo uict⁹ ac ſenio: ad Italiæ notā partē uel Piceni uel Vmbriæ re
gionem: & ad monaſteriū uallis quæ de caſtro dicitur qd ipſe conſtruxerat: & ubi ante ui/
ginti annos moriturū ſe prædixerat: ceu ad hoſpiciū feſſus uiator ad ueſperā properauit:
Atq; ibi tandem poſt longiſſimos laboreſ exactos: fœliciter requeuit: & qd neſcio an de alio
q̄ de Paulo primo heremita legerim: ſolitariā uitam ſolitario fine cōcluſit. Vltimā enim &
diei illius & uitæ ſuæ horam ſentiens adeſſe: fratribus qui aderāt egredi iuſſis: & maue ꝓxi
mo reuerti: pia illos fraude decipiēs: ut qui ſolitariæ Chriſto ſeruierat: ſolitari⁹ ad Chriſtū
& mercedem ſui ſeruitij repoſcendā iret: ſeſe & beatū ſpiritū languidūq; corpuſculū recolle/
git: atq; ita incomitat⁹ hoīb⁹: comitat⁹ angelis hinc abijt ad æternam uitam.

De Solitudine Petri Damiani: Ca. XVII.

A P Etrus nūc occurrit ille q Damiani cognomē habet: q̄ uiſ & de hocipſo & de uita re/
buſq; uiri huius agētiū diſcordia multa ſit: q eum alij e ſolitudinis ocio ad eccleſia/

sti negocij curas: Cõtra alij ex ipsa curarum area strepitucp negociorũ: ad ocioſi ſilentij pacem trahunt: Vtracp uitæ huius cõmendatio: ſeu tanto illum officio dignũ fecit: ſeu ipſa digna uiſa eſt quæ tanto faſtigio præferret. Alij rem permiſcent: Nam cum exacti9 uerũ quærẽs: uſcp ad cœnobiũ ubi is floruit miſiſſem q mihi cõperta oĩa reportarẽt: religioſoꝝ loci illius aſſertione didici: fuiſſe eũ primo qdẽ ſolitariũ: inde altius euectũ: demũ ultro ad ſolitudinem redijſſe. Qđ ſi ita eſt: & indicium eius extremũ patet: & in unũ exemplum ſolitudinis geminũ decus coit: quæ tales uiros ſæculo cõmodat eoſdemcp ſic recipit. Ita uero eſſe ut credam: epiſtolæ quædam eius hortantur: quas nũc maxime his auditis ad memoriã reuoco: diuerſis ille quidem temporib9 & alio atcp alio uitæ ſtatu æditæ: quarum in alijs ut mihi uideť occupat9 amiſſi ocij requiẽ ſuſpirat: ĩ alijs ocioſus tranſacti negocij ĩquietudinẽ recordatur. Huius mihi nũc certior memoria ẽ. Cæteris igitur quæ extra ꝓpoſitũ ſũt omiſſis: uticp inquã Petrus hic: q̃tum ex nouiſſimis eius ſcriptis elicio: Romanũ cardinem non ſine laude poſſederat: uir haud dignitate clarior q̃ lingua: Quid tamẽ & hic conſilij cœperit iam audies: Siquidem ſtatum illum pompaſcp ſæculi contribulib9 ſuis linquẽs: ipſe Italiæ medio ad ſiniſtrũ Apœnini latus: quietiſſimã ſolitudinẽ: de qua multa cõſcripſit: & quæ uetus adhuc fontis auellanæ nomen ſeruat: perituris honoribus præferendã duxit: ubi non minus glorioſe poſtmodum latuit: q̃ innotuerat primum Romæ: nec dedecori illi fuit alti uerticis rutilum decus: ſqualenti cilicio permutaſſe.

De Solitudine Cæleſtini papæ q Petrus ante papatũ dictus fuit: Ca. XVIII.

h Vius Petri clariſſimũ faceret raritas ipſa contemptum: niſi eum Petri alterius Romani pontificis: quem Cæleſtinũ dixerunt: recentior contemptus & clarior obſcuraſſet: qui pontificatu maximo uelut mortifero faſce depoſito: in antiquã ſolitudinem tam cupide repedauit: ut hoſtili compede liberatũ crederes. Qđ factum ſolitarij ſanctiq patris uilitati animi quiſquis uolet attribuat: Licet enim in eadem re pro uarietate ingeniorũ: non diuerſa tantũ: ſed aduerſa ſentire: Ego imprimis & ſibi utile arbitror & mundo: utricp enim propter inexpientiã rerum humanarꝝ: quas multa diuinarꝝ contemplatione neglexerat: longumcp ſolitudinis amorem: periculoſa eſſe: anceps & turbida poterat altitudo. Nam quid chriſto uiſum ſit miraculũ: qđ per eum deus oſtẽdit die qui poſt renũciationem primus illuxit indicio ẽ: qđ profecto non fieret: ſi qđ geſtũ erat diuinitas non probaret. Ego prorſus altiſſimi cuiuſdam & liberrimi & iugum neſciẽtis ueracp cœleſtis animi factum reor: atcp ita ſentio non potuiſſe id ab homine fieri: niſi qui res humanas iuſto precio æſtimaſſet: quicp tumidum fortunæ caput pedib9 ſubieciſſet. Ambroſij patrocinio loc9 eget: ex eo præſertim libro: quo ad ueræ humilitatis obſeruantiã ſacram uirginem Demetriadem cohortať: Non ut dilectores inquit huius ſæculi putant parui cordis aut ſegnis ẽ animi: terrenas opes ſpernere: honores occiduos faſtidire: nec ibi gloriam quærere ubi laudatur peccator in deſideríjs animæ ſuæ: & qui iniqua gerit benedicitť. Vnde ſi uere intelligatur contemptus iſte rerum præſentiũ: ad quæ tendat: & qualia concupiſcat: nihil hmõi mẽtibus rectius: nihil inuenieť erecti9: quæ ſacratiſſimis deſideríjs uniuerſa tranſcendũt: necp ad ullam creaturam: q̃uis potentem atcp mirabilem: ſed ad ipſum omniũ uiſibiliũ atcp inuiſibiliũ ambiunt creatorem: cui appropinq̃re clareſcere eſt: quẽ timere gaudere eſt: cui ſeruire regnare eſt. Huius præconio laudis quis uſquã quæſo: ſeu qs unquã dignior Cœleſtino? Reliquerunt alij nauiculas ſuas ac retia: alij poſſeſſiũculas: alij telonæũ: alij etiã regna uel regnorum ſpem: ſecuticp Chriſtum dominũ: facti ſunt apoſtoli: facti ſunt ſancti & amici dei: Papatũ uero quo nihil eſt altius: rem tam exoptatam tamcp mirabilem: ut ab admiratione ac ſtupore dictum ferant: Quis ulla ætate: præſertim exquo tanto in precio eſſe cœpit: tam mirabili & excelſo animo contempſit: q̃ Cæleſtinus iſte: priſtinũ & nomen & locum & amicam bonis moribus ægeſtatem appetens: atcp dum cœlum ſuſpicit: terræ ĩmemor? Quem in ſtatu quolibet æque deo placitum: quis non uidet qui mira eius opera: ſed alio digna ſtilo: trifariam diſtincta perlegerit: quæ geſſit: aut antecp aſcenderet: aut poſtcp deſcendit: aut dum ſedit? Quid miri autem: ſi uirtus operum non defuit: cuius & animi tenor unuſ: & qua licuit uitæ mutatio nulla fuit? Siquidẽ in ſupremo rerum culmine: & intra auguſtiſſimũ ac papalẽ thalamũ: anguſtam ſibi heremiticãcp cauernulam meditatuſ: In alto humilis: inter turbas ſolitarius: inter diuitias pauper uixit. Adde qđ & ſtatim ab initio temptauit fugam cum diſcipulo quodam ſuo Roberto Salentino tunc iuuene: ſed inopina & ſubita populi multitudine circũuentus: cum euadendi nulla ſpes eſſet: in diſcipulum uer-

ſus quæſiuit: an ſe ad excelſa tractum & coactum ſequi uellet? Ille autē qui a magiſtro di-
diciſſet mundū ſpernere: Chriſtum uero & quibus ad Chriſtum itur uirtutem: pacem: ſilē-
tiū & ſolitudinē amare: quæſo ait: ut & labori & periculo meo ꝓcas: mecꝫ potius cellæ ino-
pis & tuti ocij ſucceſſorem: cꝫ diuitis ac ſollicitæ gloriæ participem uelis: quod & factū eſt.
Subſtitit enim patre Romam abeunte: cuius non multo poſt animam e carcere gemino ad
ſydereas ſcandentem ſedes conſpexiſſe dicitur: ignarus rerum & miraculo ſtupens atꝫ in-
terrogās: an ſe tūc etiā ſequi: an qd aliud agere iuberet. Quem ille ut in ſolitudine perſta-
ret admonuit: & ſic cœlum petens inter uerba diſparuit. Diſcipulus autem ille conſilij me-
mor: uſꝫ ad tempora noſtra peruenies: & dierum plenus ante hos paucos annos: poſt ma
giſtrū abijt: magna quidem apud ſuos ſanctitatis opinione & mirabiliū fama operum reli-
D cta. Sed ad Cæleſtinū redeo: cuius aſcenſus cꝫ mœſtus: cꝫcꝫ contra animū ſuū eſſet: de-
ſcenſus lætus & ſpontaneus declarauit: Audiui narrantes qui uiderunt tanto illum fugiſ-
ſe cum gaudio: eaꝫ ſigna læticiæ ſpiritalis oculis ac fronte geſtantē: dum a conſpectu conci-
lij: iam tandem ſibi redditus ac liber abſcederet: quaſi non humerū blando oneri: ſed collū
diris ſecuribus ſubduxiſſet: utꝫ ei⁹ in uultu neſcio quid angelicum reluceret. Nec īmerito:
Norat enī qd repeteret: nec qd dimitteret ignorabat. Certe a laborib⁹ ad requiē: ab inſanis
diſceptationib⁹ ad diuina colloquia remeabat: Linquebat urbē: ibat aīo: & niſi ſucceſſo-
ris faſtus obſtaret: pedibus ibat in montem hiſpidū fateor ac præruptū: ſed unde ſibi pla-
num iter eſſet ad ſupos: Cum quo utinā uixiſſem⁹. Quod iccirco præcipue de hoc uno int̄
tot ſolitarios optauerim: qa nuſcꝫ rei optatæ ꝓpinqui⁹ uotū erat. Necꝫ enī magno diſiūgi-
mur int̄uallo: modicūcꝫ uel cūctādū illis: uel nobis accelerandū fuit: ut iter hoc uitæ pariť
agerem⁹: qd̄ ille cum patrib⁹ noſtris egit. Et cꝫbreui ſpacio tempis: per omnē Italiæ tractū
uſꝫ ad Alpes quot ab eodē inſtituti ordinis conuentus ſacri: Iamꝫ ut audio Alpes ipſas
deuotio ꝓpagata tranſcendit: durat religioſa ſucceſſio: durabitꝫ: & quos in ſolitudine ge-
nuit uiuūt nati cum in palacio geniti quoſcꝫ uel ad eccleſiæ cardinem uel ad alios gradus
extulit iam pridem omnes obierunt: tanto ſtabiliora ſunt ſacræ ſolitudinis fundamenta cꝫ
ſæculi. Irrideāt licet igitur qui uiderūt: quib⁹ præ fulgore auri & purpuræ ſqualidus opum
ſpretor & pauptas ſancta ſordebat: Nos hominē hūc miremur: interꝫ rariſſimos numere-
mus: damnūcꝫ uocemus non uidiſſe: cui⁹ uiſio lucrū ingens: exemplūcꝫ clariſſimū præſta-
re poterat: altioris uitæ confragoſa temptantibus. Cæterū præſens fama conſecratūcꝫ uiri
nomen: & laudatorib⁹ ſuis fauent & arguūt inſultantes. Gratiaſ autem deo: tam magnani-
mes facti ſum⁹: ut hos duos petros æmulis carituros: & puſillanimitatē huiuſcemodi ſine
exemplo noſtri temporis futurā ſperemus.

Tractatus quartus digreſſiuus querulans & deflens amiſſionē terræ ſanctæ:
negligentiamꝫ: torporem & ignauiam principum atꝫ pontificum noſtrorum.

De Petro heremita præcipuo ſolitudinis cultore: occaſione cuius cōmemo-
ratæ querelæ introducuntur: Ca. I.

A Ed ecce qd̄ non putabā: rurſum uocor in Gallias: dumꝫ inter ſolitarios cla-
ros uiros trāſeo: tertiū quendam Petrū ſe præteriri non debere: uelut a tergo
f uociferantē eminus audire mihi uideor cogorꝫ ſubſiſtere. Is eſt Petrus here-
mita: qui olim in territorio Ambianēſi ſolitariā uitam duxit: qualē ſane non
latuit: dum enī indignari & iraſci iam Chriſtus incipet: hæreditatē propriam
tamdiu ſuis & noſtris ab hoſtib⁹ conculcari: nō ulli regum chriſtianoꝝ pingues ſomnos in
plumis purpuraꝫ captātiū: non Romano pontifici Vrbano: graui licet ornatoꝫ uiro oc-
cupato tamē: ſed Petro inopi ocioſo ſolitario & humiliore grabatulo quieſcēti: quid fieri
uellet aperuit. Primo quidē inſpirās: ut trāſmarinæ ꝑegrinationi ſe feſtin⁹ accingeret præ-
ſenti miſeriarū ſpectaculo pio ꝓmptior negocio futur⁹: deinde dū quo iuſſus fuerat perue-
niſſet: & Symeonis qui tūc patriarcha Hieroſolymitan⁹ erat: cæterorūcꝫ fideliū miſerādo
ſeruitio: ac ſacroꝝ triſti ludibrio locoꝝ: cōcuſſus ac gemens: & oīones uigiliaſcꝫ nocturnas
agens: tandem ſupra nudū eccleſiæ pauimentū ſomno ſuccubuiſſet: conſopito iterū Chriſt⁹
B apparuit: iubens ut ad uindictā ſui noīs paſtores ac principes catholicoſ excitaret. Tantam
uero legationē tancꝫ ſupra uires ſuas: cꝫ deuote ſuſceperit: cꝫ impigre: cꝫcꝫ fideliter execu-
tus ſit: Chriſtoꝫ pijs conatib⁹ aſpirante cꝫuotiue ſucceſſerit: non eſt huius tempis expone-
re: præſertim cum & ſtilo tolerabili & ſermone uulgari duob⁹ non paruis uoluminib⁹ ea

res in populis etiam nota ſit. Et ſi de hoc quoq; ſcribentiũ uarie affectos animos uideam: ſed ſequor in dubijs quibus potius credendũ cenſeo: & quos reꝛ non hoĩm ſtudio agi reor: Atq; utinam qualis exitus: talis euentus: & ut fœlix Chriſti ultio ſic perpetua fuiſſet: neq; peccatis hominũ e tanto victoriæ ſucceſſu ad antiquas miſerias reditum eſſet: eo fœdius: quo iterum amiſiſſe qđ noſtrum erat: cꝫ non recuperaſſe deformius nobis hoſtibuſq; formoſi⁹: & nobis ſpei minoris illiſq; maioris aduerſũ nos uel cuſtodiæ ĩpoſteꝛ uel crudelitatis occaſio ẽ. Nũc uero qd defleam: aut quid querar præſepe: caluariam: buſti ſaxum: oliueti montẽ: uallẽq; iudicij: & reliqua dilecta ſingularit̃ chriſti loca: ubi homo factus eſt & in lucem æditus: ubi natus uagijt: ubi infans reptauit: ubi puer luſit: ubi uir docuit: ubi uiuificũ nobis ſpiritũ exhalauit: ubi exanimis iacuit ſurrexitq; : unde ad inferos deſcẽdit: unde conſcendit ad ſuperos: ubi poſtremo uiuos ac mortuos irretractabili ſententia iudicabit: Terram maioribus noſtris promiſſam: nobis ereptam: nobis debitam ſi uiri eſſemus: ſpei noſtræ ſedẽ: arram patriæ æternæ nũc ægyptiacus canis tenet. Heu quid præter gemitum & querelas relictum eſt miſero: quando & noſtri reges nil niſi delitias: & noſtri pontifices nil niſi diuitias amant: Populi uero uel ſerui flent: uel inſaniunt liberi: & omnes quæ ſua ſunt quærunt: quæ Chriſti autem nullus: cuius peculiare patrimoniũ nobis ſpectantibuſ ocioſeq; ſedentibus laceratur? Quid loquor: aut quid omniũ occupatiſſimoſ ocioſos uoco: Immo uero dum fremim⁹ & meditamur ĩania: dum cœno uoluimur ac libidinib⁹ exercemur & nitimur profugas retinere: dum nũmos pauperũ numeram⁹ atq; abdimus: dum ſuperuacuas & ineptas turres in nouiſſima Babylone conſtruimus ut cælotenus ſcandat ruitura ſuperbia: humillimã Chriſti ſedem non eſt qui tueatur aut uindicet? Deniq; dum fratribus noſtris inſidiamur: impijs hoſtibus incuſtoditum & inerme latus obtulimus aditũq; præbuimus in thalamũ regis noſtri: crimen ingens & noſtrarũ frontium pudor ætern⁹: q/bus Chriſti uexillum impudẽter affigimus: ut tam magnifice Chriſti iniurias ulciſcamur: quas ipſe nutu quidem poſſet ulciſci: & fortaſſis ulciſcit̃ ſecretiore iuſticia: ex alto tamen intera proſpiciens fidem noſtram.

De reprehenſione regum & principũ noſtrorũ: qui ſomno: uoluptatibus: turpibus lucris: ſubditorũ ſpoliationibus ac cæteris uitijs incumbũt: & nullus eorũ terræ ſanctæ diſpendio mouetur: Ca. II.

A

n Os aũt uel torpem⁹ uel ardem⁹ aĩoꝛ æſtib⁹: ecce nũc ut inexpleta cupidine & flãmãte odio: de ꝓphanæ ſeu barbaricæ telluris anguſtijs altercãt̃ regeſ & principes terræ: & eſto conueniant in unũ: quid inde publicum bonum ſperes? Nunq; Herodes & Pilat⁹: niſi aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ ei⁹ atq; illius iuſſu conuenient: Quieſcent forte ſomnoq; & uoluptatib⁹ incumbent: turpia lucra captabũt: & ſubiectos quos armati ſpoliant: togati ſpoliabunt: dumq; neceſſitas belli eſt licentia pacis erit. Coniugem ac ſobolem omnes diligent: deum nullus ac proximũ: par corporum cura erit & incurioſitas animarum. Aurum: gemmas precioſamq; ſupellectilẽ aggregabunt: uirtutũ ornamẽta deſpicient: amabunt proprios agellos: pro his pugnare & digladiari & perire non metuent: nemo erit qui terræ ſanctæ uniuerſali diſpenſio moueat̃: Cur quæſo niſi quia ueriſſimum eſt qđ dixi: hæc ſingulo⁹ uidentur eſſe: illa autem Chriſti? Ita creatoris ac liberatoris noſtri gloriam ſpernentes: noſtram querimus. Nec redit in mentem: his olim morib⁹ cœlo cecidiſſe Luciferum: quibus nos cœlum hodie ſperamus aſcendere. Qđ ſi ad credendũ uerbis es tardior: utiq; rebus credes: quæ mentiri ut dicitur non ſolent: Circumſpice oro & pcurre prouintias: & quære quid agatur apud nos: Gallus & Britãn⁹ litigant. Quinq; iam B
luſtra uoluuntur: ex quo nõ Chriſtus & Maria: ſed Mars & Bellona int̃ illos reges regnãt: Cunq; iam ferrum utrinq; lenteſcat: nihil ferrei animi molliunt̃: necdum imber ſanguine⁹ tantas iraꝛ lenit ardores. Itaq; tam & ſi qđ inopinabile apud nos: apud auos ac proauos ĩauditũ erat: hũc modo longe noſtroꝛ regũ maximũ multo impar hoſtis ĩ uincula traxerit: nec fortuna amplius tanti regni pondus ferri potuerit: Nullus tamen ideo rerum finis primogenito capti regis arma retentante. Vnde ut uides nunc maxime bellum tonat: nunc ex integro regij coeunt exercituſ: & Chriſto refundendus ſanguis inuidiæ conſecratur. Hiſpanus ille maior hæres: & per ignauiam ſinit intra ſuos fines fratres prohpudor anguſto ĩ ſcopulo maieſtatem Chriſti nefarie blaſphemari. Hic uero qui littora noſtri maris incolit: nil præter aurum Venetorum: at ſanguinem Ianuenſiũ ſitit: & cogitat auariciæ imperio illoꝛ

ſatelles:horum hoſtis. Ab illis auro uinctus:ab his ferro uictus. Ille autem extremus regū ſonoris ac refluis Oceani fluctibus obſorduit:ut de tam longinquo ſuſpiria noſtra non audiat:& in occidente ultimo ſepultus:quid agat oriens non curat.

De Romanorū Cæſaris & pontificis accuſatione: germanos & græcos adijciendo: Ca. III.

A c Aeſar hic noſter: rapto diademate: in Germaniam abijt: patrijs latebris & nomine contentus imperij: cuius extrema membra complectit̄:caput ſpernēs: quem recuperaturū perdita ſperabamus:ſuum ſeruare non audet:nulloq; fugiens perſequēte:ſpōſæ ſacrōs amplexus & pulchræ faciē horret Italiæ:tanq; ſub cœlo aliquid ſit pulchrius. Arguit eum:fateor:illa callēs & temeraria fides mea: quæ ſumma etiam perflare non metuit: Excuſat ſe & eccleſiæ iuraſſe:ſe iurat ne amplꝰ q; unū diem Romæ ageret: O infamē diem: O pudendū fœdus:O ſuperi:En iuſiurandū. En religio:En pietas: Romanus pontifex ita Romam ſuam deſeruit:ut eam nolit ab alio frequentari:& de hoc cum Romano impatore paciſcit̄. Quid hic loquar:neſcio:& ſi ſcirē:tacere conſiliū ē: Vnū eſt qđ me tacito res loq̄tur: Quoniā q habitatorē urbi eripit:aratorem ſi poſſet induceret:qđ q; iuſte uelit uiderit.

B Germania nil aliud ſtudet q; ſtipendiarios latrones in reipublicæ exitium armare: & e ſuis nubibus in nr̄as terras iugē ferreū imbrē pluit:dignū non inficior: quia uolentibꝰ accidit. Italia ſuis ipſa ſe iuribꝰ cōficit:& ſi qñ reſpirat:auri amor: Chriſti amore potentior animos occupat:& per omnes terras ac maria diſtrahit. Græcia uel ſuis erroribus uel noſtris auerſa ſuperbijs:ouile priſtinū & paſcua noſtra contemnit.

Qualiter fides catholica fuerit olim quaſi per uniuerſum mūdum dilatata: ſed nunc negligentia ſuperiorū multum minorata: Ca. IIII.

A Am de regibus alijs ac terrarū dñis: deq; pontificibꝰ noſtris loqui: ſupuacuus labor:uulgata ſunt omnia. Et hic quidem Europæ ſtatꝰ:piget hinc longius ꝓficiſci:

i Sed attingēda ſūt uulnera:quæ q; q; ꝓcul a capite & uitalibꝰ mēbris:ſitu tñ & longa ſegnicie putruerūt. Auguſtinꝰ qdem oriūdus ex Aphrica:in cōfeſſionibꝰ ſuis:Homeri librum ſibi difficilē dicit: qđ externis Virgilij facilē:qđ ſuis hoc eſt latinis litteris ſcriptꝰ eſt: Atqui nūc Aphricā metire:& a Nili alueo:ad Atlanticū oceanū: uolucri meditatiōe pambula:Puto nullū ibi reperies:qui litteras noſtras norit aut diligat:niſi peregrinus forte uel mercator uel captiuus ſit. Hieronymꝰ ad Euandrū ſcribens:poſt Gallias atq; Britānias ꝓuincias noſtri orbis Aphricā & Perſidem & orientem & Indiā:omnēq; barbariē unū Chriſtum adorare cōfirmat:unam ſeruare regulā ueritatis:Id q; uerum hodie ſit: ne dici qdem expedit. Sed ut recentꝰ teſtimoniū noſtri dedecoris attingā: Nōne Gregoriꝰ quodam loco gratulat̄ & exultat:q; ſua ætate Aſia tota iam crederet? Nūc heu ut a læua Tanais uſq; ad dexterā Nili ripam:per Eoi littoris ampliſſimos flexus ambiendo ꝓuenias: & quicqd illos longe diſtantes mūdi termīos noſtriq; maris æquor interiacet:ſiue terrarū ſiue hominū excutias:q; uis adhuc forte ibi aliqs ſit qui Chriſti nomē in ore habeat:qui tamē ueram Chriſti fidē habeat ī corde:niſi ex eodē genere q ꝓegrinatiōe:merce ul' carcere teneant̄:nullus ut arbitror eſt ibi. Sed ut notiſſimæ ueritati quartus nunc etiam teſtis accedat: Certe in hanc ueram Chriſti religionē ſuis tempibus concordaſſe oēs eccleſias:non ſolum in Hiſpania & Britannia:ut incipiamꝰ ab ultimis:necnon Gallijs:Italia:Sardinia:Cypro:Creta & Dalmacijs cōſtitutas:ſed in Cappadocia etiā & Myſia & Macedonia: & uniuerſa ſimul Helladia:Inſup & uniuerſa Aphrica: Pamphylia: Lycia:Iſauria: & in omni Aegypto: & Libya & Ponto:totoq; oriente:præter paucos Arrij ſectatores ad Iouinianū Auguſtū miſſa:fidelis Athanaſij teſtatur epiſtola:non famam ſequētis:ſed comperta referētis:& ut ipſe ait:experimento ſententiā omniū cognoſcētis:& litterarū pignus hominūq; noticiam habentis. Sin forte pluribꝰ teſtibꝰ res eget: Ambroſiꝰ ſecūdo Vocationis omniū gentiū libro:& poſt eū Auguſtinꝰ ipſe ī pſalmo qnto & nonageſimo: Chriſtianæ fidei latiores q; Romani imperij fines ponūt:nec ꝓuenire potuiſſe iugum populi ferro regnantis: quo regnātis a ligno ꝓuenerit fides Chriſti. Id ſi de uero impio loq eos cōſtat:non de iſto qđ iam nō impiū: ſed imago quædā & impij umbra eſt:utinā noſtris quoq; tempibꝰ uer; eſſet: Profecto non tota inſaniret Aphrica: nō Perſis:nō Syria:nō Aegyptꝰ:nō Aſia fere oīs: non deniq; qđ eſt grauiꝰ maxima pars Europæ. Romano enī imperio illi antiq̄: ut præclari teſtant̄ auctores: nihil omniū defuit niſi modicū oriētis: Nobis heu ꝓpe oīa deſunt:niſi modicum occidētis.

B

C

Quib⁹ cum ꝑ se singulis: tum simul oīb⁹ in hac ipsa querimonia: q̄ta insit auctoritas ac fides: neminē tam infidelē tanq̄ hebetē puto esse q̄ nō sentiat. Quicq̄d tñ hi oēs dicūt: & plus áliquid pauciſſimis uerbis amplectitur Augustinus libro Veræ religionis: haud procul a principio: Per oēs inq̄t terrarū partes q̄s hoies incolūt: sacra christiana tradūt. Dictū breue: sed flebile nobis: & q̄ facile damni toti⁹ cumulū metiare: Q̄ q̄ qd testimonijs singulorū nitor: ecclesiasticæ relegāt historiæ: q̄t ibi ante ānos mille catholicorū noīa præsulū: a septentrione ultimo uel oriēte uel austro: ad roborandū uulgandūq̄ sacrū Christi dogma coeuntium occurrent: ubi hodie non dicam nullus episcopus: sed ne christian⁹ quidem uir inhabitat. Et ut leuiora prætéream sileāq̄ alias: quib⁹ idē principiū par exitus ipsa uenerabilis urbs Nicea: ubi apostolicū fidei fundamentū ab illis ueri opificib⁹ tot tam sacris senib⁹ tanta rationū calce compactū atq̄ uallatū est: simul & tota Bithynia: cuius illa pars est: ab hostib⁹ fidei possident. Ita regimur: ea nostris principibus reipublicæ cura est: sic aliena concupiscimus: ut nostra perdamus. Sed in alijs quidem facile meipsum silentio aut obliuione consoler: tibi q̄d dicam ꝑdita ac deserta hierusalem: hoc uulnus assidue recens in oculis & in fronte gestam⁹: hoc tegi dissimulariq̄ nullaten⁹ potest: aliquantoq̄ facilius damni sarcinam ferimus q̄ pudoris. Cæterū hæc salutis spes: hoc studiū gloriæ: sic calcant sacra: mēbrisq̄ languētib⁹ nostrū caput impune nūc ab Aegyptiaco cane discerpit: & insultāt pedes impij sanctuario Iesu Christi: eodē ipso propt nostrū dedecus: uel suas iniurias patiēte: uel ut dictū est forsan occulti⁹ uindicāte. Et est in tot tam publicis malis quisq̄ q̄ uterq̄ Romanorū gloriæ detrahere: talibusq̄ mēdacijs suū os inq̄nare audeat. O nos ꝑsus indignos quibus tanto cœli fauore tam nullis oīno meritis sit cōsultum: O uere gratuita dei dona: Dic enim q̄ñ & æstu doloris & feruore animi rapior: & audax dolor: & indignatio loquax est: & opima materia querularū incidit.

De excellenti uirtute antiquorū Romanorū in comparatione regum modernorum: Ca. V.

B ac uile sordebat. Deniq; in sũma omniũ quæ fortunatissimo homini contingere possunt: bonorũ copia defessus: in solo huius uitæ nomine respirabat. Cuius rei & scriptores aliqui meminere: & quæ in manus meas uenit quædam ei⁹ ad Senatum epistola est testis. Q̃ta cum uoluptate igitur eo peruenturum fuisse estimamus: quo tam dulciter oculos mentis intenderat? Nec uero Senatum modo p̃ litteras orauit: ut sibi iam tandem uiuere patiente republica priuatamq; senectutem agere liceret: sed aliqñ etiam præsens Senatu & magistratibus domũ accitis rationariũ imperij tradidit: ut Tranquillus ait: Siue autem reputãs & se priuatum non sine periculo fore & rempublicam plurium arbitrio temere cõmitti in retinenda p̃seuerauit: ut eidẽ placet historico: atq; ita propriæ simul & publicæ saluti modestissima uota habuit: Siue ut opinari licet: Senatus ac populi precib⁹ id tribuit: quorum quod constat nemo principum fuit amantior: siue nullis omnino precib⁹ motum: nullo publico priuatoq; metu ipsa eum rerum natura turbabat: Ab altissimo enim fortunæ culmine: cui mundi dñs ac rector insederat: ad illud humile submissumq; desideriũ prærupt⁹: forte cogitanti animo descensus uidebať: & ut dici solet quædam cerebri uertigo altitudinem tantam metientis incesserat. Itaq; & deliberãs & circũspiciens hærebat: nec unq; nisi morte desẽdit. Quocirca licet ut dictum est: inter solitarios atq; ocio fruẽtes: nullus huic occupato magnoq; principi locus esset: quia tamen boni huius q̃ta dulcedo est: non alio clari⁹ teste cognoscit̃: nõ fuit ista tractãtib⁹ prætermittẽdus Cæsar: Qui cũ omnia dare posset: hoc sibi unum dari optabat: Cunq; omnibus præesset: solum hoc solio suo altius uidebat.

De Diocletiano atq; Antonio Pio uitam solitariam colentibus: Ca. II.

A T qđ̃ Augustus optauerat: Diocletian⁹ impleuit: Ille qui primus ex nostris impa-
a toribus adorari se ut deum iusserat: Quiq; calciamẽtis ac uestibus inferens margaritas: & onust⁹ gẽmis incedens: habitũ Cæsareũ ex Romano atq; humano Persicũ seu diuinũ feciss̃e uidebať: qui captiuis ĩsignib⁹ ante currum actis: prælataq; Parthor̃ præda: paulo ante triũpharat: Postq; fremẽtis aulæ preciosæq; sarcinæ ac satellitũ aciei & seruituris publicæ pertesum est: mutauit repente animũ: ut solus & pauper & liber esse concupiscer̃et: interq; fluct⁹ imp̃ialiũ curarum: in portum uitæ humilioris: quasi gubernator nudus e magno naufragio enataret. Et miramur Cælestinũ: cũ tamen qđ̃ propter æternam sanct⁹ ille uir fecit: tãt⁹ ille peccator ꝓpť breuissimas & ĩcertas senectutis reliqas iã feciss̃et: Qui quietis extremæ desiderio priuatæ fortunæ reddit⁹: non sibi mutatæ sedem uitæ Romam statuit: ne quis nouam requiem dimissi funus aut odor imperij turbaret: sed anteq; patriam Salonas Dalmatiæ repetijt: Illic quoq; nõ intra: sed prope muros patrios in uilla ꝓpria moriẽs: quã idipsum præcogitãs forte construxerat: ut multũ trãquillitatis senio additũ: sic supremis honorib⁹ nil detractũ: per solitariã atq; humilem uitam sensit. Solus om-
B niũ priuatus: Eutropio atq; Eusebio testib⁹: relat⁹ in numerũ deor̃. Sane qđ̃ post imperiũ Diocletian⁹ fecit: id ante imperiũ Antonius Pius fecerat: quem Iulius Capitolin⁹ historicus omni priuata uita in agris frequentissime uixisse: clarumq; locis omnibus fuisse commemorat.

De Solitudine Numæ Pompilij ſecũdi Imperatoris Romani: Ca. III.

Ed nimiũ propero: retrocedẽdũ eſt: omitto aũt Quitios Curios Fabricios Serrhanos: alioſq; quoꝝ magna pars uitæ in agris acta eſt. Hanc ego uitam iam inde ab A
initio & ante initium Romanæ reipublicæ prudentiſſimo ac optimo regum placuiſſe monſtrabo. Numa Pompilius illius ordinis: ſi attendas numerũ ſecundus: ſi iuſticiam primus peregrinus inſperatum ad imperiũ accitus: cum ad ciuilium ac ſacraꝝ curam legum totũ intendiſſet animũ: ut ardẽtem & ferocia primi regis imbutum populum ingenio regeret leniretq; : pro re ſæpe ſolitariũ & opacum locum: quem his oculis ipſe cõſpexi: quindecim aut non multo amplius milibus paſſuum ab urbe diſtantem: fertur petere ſolitus. Eſt illic aricino ſub colle cauus & umbroſus lapis: unde perpetuus fons emanat: circũmigrantibꝰ Ilicibus: dẽſum nemus altumq; ſilentium. Ibi ergo leges hominũ ac cerimonias deorum: rex B
ea tempeſtate doctiſſimus inuenire: ſeu alibi forſan iuentis auctoritatẽ dare: artem fecerat. Ibi diu tacitus ſolus ſedens: atq; inde poſt longum tempus ſolus ac meditabũdus egrediẽs ſcriptas leges efferebat: quibus adhuc rudis & inſolens ſed mox futurꝰ dñator gentium populus teneret: q̃uis ut nouos & indomitos animos religionis laqueo q̃dã & freno metꝰ obſtringeret: imitatꝰ: ut aiũt: Minois Cretẽſiũ regis exemplum: & callidiſſimo cõmẽto nocturnis ſe deorũ congreſſibꝰ alloquioq; frui ſimulans conſilio fidem quæreret. Quã fictionem una cũ ſacris a ſe repertis ĩ morte dãnauit: libris græcis latiniſq; æditis: p quos utriuſq; linguæ doctoribꝰ ut poterat indicaret: ſe pro tempe ad auxiliũ ueri uel patrocinio falſitatis uſum eſſe. Cum uero iam fundamẽtis ſuis legum a ſe latarũ auctoritas ſtaret: nõ placere ut populus ſupuacuis implicaret erroribꝰ: licet neſcio an quia libros ueræ religionis C
aduerſus crederet: quã facto cauſam prætẽdiſſe dicit: an in qd ꝑnior ſum: quæſito colore: hoc uere autem ne populus metu liber: iugũ nobilitatis excuteret: multiſ poſt ſæculis iuxta ſepulchrũ regis inuentos libros exurendos prætor romanꝰ Senatu conſentiẽte decreuerit: Quãta uel uanitate uel impietate prætereo: Illud enĩ nunc innotuiſſe ſuffecerit: multaꝝ optimarũ rerum ſolitudinẽ fontem eſſe: ex qua Romanaꝝ quoq; legum fluxere primordia.

De Romulo: Achille atq; Herculæ: qui ſolitudinem diligebant: Ca. IIII.

Rdentior atq; acrior ſucceſſore ſuo Romulus: & ipſe tñ in ſyluis inq; paſtorali ca-
a ſa tantis aſſuefecit animũ rebꝰ: ut ſummi imperij fundamẽto nõ niſi ſolitariꝰ archi- A
tector idoneꝰ haberet. Cogitatu arduum: ſolitudo omniũ aſperrima: Reginæ urbium & materiã & nomen & aream præbuit & auctorẽ. Achillem in ſolitudine didiciſſe legimus: qd eum mox & urbibꝰ Aſiæ terribilẽ & græciæ clarũ fecit. Ipſe Hercules ĩ ſolitudine B
ſanũ illud conſiliũ uitæ cœpit: cuiꝰ libro priore mentionẽ feci: quãdo uelut in biuio diu multumq; hæſitãs: ad poſtremũ ſpreta uoluptatis uia: ſemitam uirtutis arripuit: quã indefeſſe gradiẽs: nõ ad humanæ modo gloriæ uerticẽ: ſed ad opinionẽ diuinitatis euectꝰ ẽ: q̃libet alte lateq; ramos porrigat uiri fama: ſi radicẽ quæras ad ſolitudinẽ erit animo recurrendũ.

De Scipionibꝰ Africanis ſingularibꝰ ſolitudinis amatoribꝰ: tractationeq; illiꝰ uerbi magnifici ab altero eorũ prolati: Nunq; ſe minus ocioſum q̃ cũ ocioſus: Nec minus ſolum q̃ cum ſolus eſſet: cũ reprehenſione Ambroſij: dictum illud ad prophetas tranſferentis: Ca. V.

Vos aũt illos longe ducũ maximos ubi dimittimus Africanos? Vere duo fulminã
d belli: ut Maro ait: qd a quibuſdã de alijs intellectũ miror. Quoꝝ primꝰ ex quo uirilem togam ſumpſit: ut eſt apud Liuiũ: nullo die prius ullam publicã priuatãq; rẽ A
egit q̃ in capitoliũ iret. Ingreſſuſq; ædem conſederet: & plærũq; tẽpus ſolus in ſecretũ ibi tereret: Hic mos per omnẽ uitã ſeruabatur. Ita uir ille unicus: neq; græcoꝝ fabulis ac ſuperſtitionibꝰ ſed Romanis iudicijs celebratꝰ: & ipſe quoq; uirtutis admiratiõe diuinæ ſtirpis opinionẽ conſecutꝰ: principia gerendaꝝ rerum a religione poſcebat: religioni ſedem optimam ſolitudinẽ deputabat. Inde quicqd id eſſet aggredi conſuetus: pluſq; humana fiducia & ꝑſperrimos ſibi ac ſuis cœptoꝝ exitꝰ polliceri: ita ut nũq; falleret. Cæterũ ne tã iunctos & tam pares ſeparẽ: hos eoſdẽ duos ſuis quiq; tempibꝰ: ut uirtutis: ſic ſolitudinis amatores fuiſſe nota res ẽ: Et poſt ſudores bellicos: poſt uictorias: poſt triũphos uel Liternum uel Formias uꝫ Caietã ſolitos cõmigrare: ibiq; cũ ſingulis amicis ſoloſ cõquieſcere. O præclarũ ſpectaculũ: quodq; omniũ regũ pompas & ſceptra trãſcẽderet: cernere tales uiros ſer- B
uatores reipublicæ: liberatores ciuiũ: defenſores Italiæ: domitores gentium: fœlicit rebus geſtis: dimiſſo in libertate & lætitia populo uictore: relictis Romæ ſtipatoribꝰ lateꝝ ſuorũ:

depoſito habitu triūphali: ac præcupide reſtitutis īſignib⁹ dignitatū: ſolos: ocioſos & humiliū neſcios curarū: ꝑ colles & littora uagari: & ſæpe cōchulas littoreoſq; lapillos interlegere uarios: candidulos ac nigellos. Deniq; qđ uerecūde admodū reuerenterq; ſcriptū apud Ciceronē uideo, incredibiliť repueriſcere ſolitos: cū rus ab urbe tanq; e uinculis euolaſſent. Sed illam ꝑfecto ſolitudinē cogitatiōes pulcherrimæ ſequebanť: & ī illo ocio ſemꝑ grande aliquid gerebať. Itaq; Cicero ipſe: ubi ſuam luget: ibidem Africani ſupioris ſolitudinē admiratur: uocēq; illiuſ: ut ipſe ait: magnificā: & magno ac ſapiente uiro dignam ponit: Catone coætaneo illius atq; æmulo teſte frætº: Nunq; ſe minº ocioſum q; cum ocioſus: nec minº ſolū q; cū ſolus eſſet. Cuius rei gloriā Ambroſius: mirū dictu: conciui ſuo temptat eripere:
C nec ubi unq; Romanū genus ciuilibus bellis uacet: ipſis in libris pugnant. Ecce enī Cicero officioꝝ tertio hanc Africano laudem tribuit: Ambroſius ī officijs ſuis: ubi cum in multis: tum in noīe ac numero liborꝝ Ciceronē ſequiť: ut apte obuiet eodem libro eademq; libri parte: hoc eſt in ipſo principio libri tertij: eam laudem Scipioni Africano ereptā: ad ꝓphetas dñi Moyſen & Heliam atq; Heliſæū: oꝓoſa nitiť diſputatiōe trāſferre: quos fuiſſe ultante Africanū diu: & in ocio negocioſos: & in ſolitudine comitatos. Non obluctor Ambroſio: Nam & uera loqui illū ſcio: & ſi neſcirem: multo ille potētiº q; Ciceronē Plato ipſa auctoritate me frangeret. Magna eſt enī apud me: nec īmerito eius auctoritas: cuius ore loqui ſpm̄ſanctū credo. Quomodo ego Moyſen unq; fuiſſe ſolū ſuſpicari auſim: qui nō ipſe ſecū tantū qđ ipſum ſapiētis doctiq; uiri eſt: ſed cum quo deº facie ad faciē loquebať quaſi amicus cum amico? Quomodo ocioſum: q tacitº & īermis ſedens & clamabat ad dñm: & uſq; in cœlum audiebať: alteriuſq; uix auxilio feſſas manº attollens unº tot prævalidas manº hoſtiū uincebat: qđ ſine eo armatæ nō poterat legiōes? Quomodo ſolū putem Heliā cum quo deus itidem & angeli loquebāť? Aut quō ocioſum: qui pluuiæ imperat: & mulieri hoſpitæ famis interitū metuenti indeficiētē farinæ hydriā & inexhauſtū olei uaſculū uerbo facit: ingentiq; niſu fidei defunctum illi filium uiuum reddit? Quomodo ſolum dicam diſcipulum eius Heliſæum: qui pauenti hoſtem puero miniſtro inuiſibiles alijs auxiliares curD rus & equos atq; acies oſtendit angelicas? Quomodo ocioſum qui filium hoſpitæ Sunamiti ex marito ſene pollicitº & dedit & reddidit: natum ſcilicet & primis annis extinctum ſuſcitans: ut puer unus ꝓphetice uel fidei uel potentiæ argumentū eſſet? Quid magni autē ſi uiuēs ſuſcitat: qui ſolo contactu ſacri corporis mortuus mortuos ſuſcitaſſe noſciť? Quis præterea hunc æſtimet ocioſum: qui in ipſo ſedens ocio: conatº omnes abſentiū & cogitatus atq; conſilia hoſtium: quaſi præſens nouerat: ſuis cuncta denūcians? Quo cognito iuſſu regis Syriæ toto circūuallatº exercitu: legiones obſidentiū ſe linguæ ſolius imperio ī cæcitatem captiuitatēq; ꝓductas: uerbo etiam liberauit. Imperioſi ocij ſunt hæc & ſolitudinis præpotētis. Sed ſit ſane penes ꝓphetas antiq;or rerū gloria: quos uel ætate uel merito primos conſtat: An ideo minor Africani laus eſt q; eum aliquis eodem in genere laudis anteceſſerit: præſertim cum ut mihi certº uideor: nulla prorſus interueniēte noticia: omnis ceſſet imitatio quā de rebº humanis laudū famæq; ꝓticulā deliberare atq; decerpere ſolitā nō nego. Profecto autem quiſquis in partem rerum uenerit: dictum illud unde poſt tantū interuallum ad hæc ꝓphetarū noīa rediſ: qđ ipſe mihi nō neget Ambroſius unius eſt primū ac proprium Africani.

Ex ſententia dicti ſuperioris Africani declarans de quali ſolitudine quoue ocio auctor loqui intendat: Ca. VI.

A Vius dicti ſentētia: quid tot uelim uerbis admonet: Volo ſolitudinē non ſolam oci
c um: non iners nec inutile: ſed qđ e ſolitudine proſit multis. Qui enim ocioſi ꝓrſus languidi & ſegnes & ſoli ſunt: eos mœſtos ſemper miſeroſq; conſentio: Quibº nec honeſti actus exercitiū nec nobiliū ſtudioꝝ illuſtriūq; nominū poſſit eſſe cōmertiū. Hæc igitur ſumma eſt: Admitto ad ocium: nō hæc uento mobiliora ſed manſura negocia: quoꝝ finis eſt non labor: nō quæſtº & dedecus: ſed delectatio & uirtus & gloria: Corpori non animo ferias indico: ueto in ocio ingenium quieſcere: niſi ut aſſurgat & intermiſſione fœcūdiº fiat: Solet enī ut aruis: ſic ingenijs intermiſſio ꝓdeſſe. Rurſus & generoſas curas in ſolitudinē non tantum recipio ſed arceſſo: quarum comitatu nullus oīno facilior: nullus amœnior fingi poteſt: & ſine quo miſera uita eſt æque uel in urbibº uel in ſyluis. Libros præterea diuerſi generis & ſimul per quos aut de quibº ſcripti ſūt: comites gratos & aſſiduos & prom-

ptos uel in publicū prodire uel ad arculam redire:cum iusseris paratosq; semp uel tacere uel loqui:& esse domi & cōicari in nemora & peregrinari & rusticari & confabulari & iocari & hortari & solare & monere & arguere & cōsulere & docere secreta rex monimēta gestorx:uitæ regulā mortisq; contēptū:modestiā ī prosperis:fortitudinē in aduersis: æquabilitatē in actionib⁹ atq; cōstantiā. Comites lætos:doctos:humiles ac facūdos:sine tædio:sine impēdio: sine querela:sine murmure:sine ūidia:sine dolo: Inter quæ tot cōmoda: nullo cibo ītem:nullo potu &ueste inopi & angusta domus parte contentos: cum ipsi potius hostibus suis inæstimabiles animi diuitias:amplas dom⁹: fulgidas uestes:& iucūda cōuiuia ac suauissimos cibos parent. Admitto & in solitudinē amicos:dulce genus:de quo multa præmisimus:sine quibus truncam ac debilitatā uitam & quasi luminibns captam puto . Quotiensq; sub noctē: ut assolet:fores nostras amica manus impulit:Ac mihi seu longum post tempus uenerit hospes:Siue operum uacuo grat⁹ conuiua per imbrem (Quos mihi uersiculos e profunda grati conuict⁹ experientia:& ex ipso naturæ gremio uidetur Flacc⁹ elicuisse)Quotiēs ergo tale aliquid & mihi accidit hospes:sed post longum tempus gratus conuiua:sed uacuo operx: ne me forte uel frequētibus cōuiuijs uel impedimētis operum delecta ri credas:tūc ego nō aliū īuenisse:sed meipsum quodāmō geminatū censeo:Nō penit⁹ duo sunt quorum unus est animus. Nouit amor e duobus unū facere: Alioqn impossibilē rem iuberet Pythagoras:ut in amicitia scilicet unus fiat ex pluribus . Qđ cum ita sit:sequitur ut quisquis unius:idem & duorum capax amicorum locus sit. Nulla igit̄ solitudo tam profunda:nulla tam parua domus:nullum tam obstrusum limen:ut non pateat amico. B

Tractatus decimus:Exhortatiuus eius ad quem auctor scribit: ut uitam solitariam amplectetur remouensq; impedimenta ac repellens argumenta eorum qui huic uitæ aduersantur:cum præclara solitudinis cōmendatione.

Tam ob uirtutes eius ad quem scribit:q; ob comites quos illi ad solitariæ uitæ solatium sors dedit:ad solitudinem suadens: Ca. I.

A Ibi pater:si teipsum:si tua bona noueris:nihil deest quod gratam solitudinem & dulce ociū possit efficere. Adest animus bonus & adeo bene institut⁹ ætate:
t nō negligent excultus multarxq; artiū ac rerū noticia instruct⁹:anim⁹ hūanorum actuum dux ac rector:totiusq; uitæ nostræ gubernaculū tenēs:ut iam tali gubernatiōe nauigatio nisi fœlix esse non debeat: uiros claros & insignes q fuerunt nosti: uellem dicere posse qui sunt: sed ut res eunt uides. Si qui tamen uspiam sup sunt:haud ignoti nūc etiā sunt tibi: cum quibus non potes aliter animo uersare qđ gen⁹ tibi nō maria nec montes eripient:cum quibus potes & corpore abundas pluribus fortasse: q; q; huiuscemodi rei nunq; magna copia fuit:nunc inopia summa est: sed unū nomen honoris causa huic loco inserendum credidi: Eorum quos tibi ad solitariæ uitæ solatium sors dedit:Pontius Samsonis est: qđ a te secūdū ornamentū habet ecclesia tua. De hoc enī ut quem a prima ætate familiarissime cognitum:nunc quoq; certius nosse mihi uidear:fidentius loquar. Huic ego non temere:sed e re natum Samsonis cognomē obtigisse crediderim: q; q; tus hebræus ille corporeis:tant⁹ iste sit animi uiribus:hūanitate:prudētia:Ad hæc & litterarū non mediocri noticia:eaq; morum suauitate:quæ facile si quid habet solitudo asperum lenire queat. Illum ut facis:tota mente cōplectere:Illū in ocij solitarij partem uoca: Nisi enim fallor augurio sequetur uolens:& fessus urbanarū rerū:fugam urbium non horrebit. Sed o ubi Socratem nostrum linquo? Fallor ne? Hūc linquo equidem:Nā cum reliqui comites:ille pars nostri ē. Itaq; cum cæteri euocandi sint: hunc nobis insepabilē amor præstat. Nosti hominem quem & stabilis amicitiæ fides earum & musarum multa familiaritas clarum facit: Cum quo ita gaudium uitæq; iucunditas aderit: ut cōsilium non absit: Ita ut uis ingenij uigorq; animi:ut qui his nōnūq; iungi solet:mœsticiæ nulla nubes interueniat:sed ea sp lætæ frōtis uniformitas:quā in Socrate illo sene & mirari solem⁹ & laudare: In hoc & cōspicim⁹ & amam⁹. Proinde nec nr̄m sileo Guidonē:cui⁹ aīo nihil ē puri⁹ nihilq; cādidi⁹:nihil īgenio acri⁹:nihil iudicio graui⁹: nihil cōuersatiōe suaui⁹: Qui si nō septimus ut cognomē ei⁹ spondet:sed qnt⁹ accesserit:nō intelligo qđ hoc dulci⁹ comitatu. Quāq; nec alij qdē desint & uoto pares & studio:nisi illos nobis aut stat⁹ īparitas aut oīno difficultas B

C quædam:& inenodabilis humanarũ rerum perplexitas ĩuideret. Sed & hi ſatis multi ſunt & illis aĩo frui nec ipſa uetuerit fortuna. Hi igit̃ tales uiri aderũt: ut neq; ualitudo aſpa neq; urgens occupatio neq; cõmigrandi incidens neceſſitas ita nos diſtrahat: qn unus noſtrum aſſidue tecum ſit. Et quid ſingula enumerẽ? Nihil deerit omniũ uolũtas una non deſit. Aſſunt qdẽ mĩme graues: ſed agiles expeditæq; diuitiæ: Siue ut alit̃ idem dicam: Adeſt paupertas non mœſta nec ſordida: ſed honeſta & læta: etſi uerum fateri uolum⁹ multis inuidioſa: Adeſt librorũ & bona copia legẽdi dulcis ardor intelligẽdi memorãdiq; facultaſ data cælit⁹ & ſtudio aucta puigili. Qđ ſequit̃ ſiluiſſem (Sic enĩ pudor hortabat̃ ni ſcirem pro utẽtis affectu precium rebus accedere) Et ipſe igitur adero: & mea quã diligis nunq; aberit papyr⁹: nouĩ aliquid afferens indies: cui⁹ æſtimationẽ tu mihi fateor ante alios inexplebili illo tuo legendi deſiderio geminaſſes: niſi qđ a principio dixeram & uetuſ eſt uerbũ: Iudicio fauor officeret. Repeto enim quotiẽs illam: ne dicam alijs: ſed certe Platonicis ac Ciceronianis codi
D cibus prætuliſti: dum tibi Bibliothecæ meæ limen ingreſſo: q ſæpe non ut epiſcopus: ſed ut amicus facis legendiq; auido: quæ nunq; in te ſitis extinguit̃. Ego diuina illa opera cœleſtium ingenior̃ obtuliſſem: Tu autem manu obiecta frontem auertẽs tantũ noſtra deposceres. In qđ ne quid tuũ ratione careat: inclinaſſe te potuit: uel ueterũ perfecta cognitio repetitæ lectionis iam nõ egẽs: uel hinc noſtror̃ amor: hinc nouitas: & ſi enĩ in ſcriptis uetuſtatis auctoritas maior: & illud Flacci uerũ ſit: q; meliora dies ut uiua poemata reddit: habet tñ & nouitas gratiam ſuam & forte iuuat experiri q;tũ uiuendo ꝓfecerim: Nil enĩ impigrius: nil experienti⁹ eſt amante. Quicquid autem cauſæ eſt: tuũ fateor: hũc ardorẽ ipſe coram ſæpe mirat⁹ ſum: ſæpe abſens uillici mei uerbis agnoui q aſſidue redeuntẽ his me lamẽtis aggredit̃: Cur neſcio quã papyrũ: quã tu hãc inuiſens domũ ſolã petere ſoleas: abſtulerim. Rideo & miror uel patris affectionẽ uel cuſtodis fidem: uel uillici puritatẽ. Itaq; aliqñ abiẽs: & cum ſene meo ludens: papyrũ illi uacuam dedi: quaſi illa eſſet quã quæſiſſes. Quo facto ſe illuſum reuertenti: iterũ grauiter queſtus totaq; demũ res i iocos & in riſum deſijt.

De illis quæ ſolitarius debeat ſemper deſiderare: & de loco habitationis eiuſdem: Ca. II.

A Ed redeo ad ordinẽ. Adeſt ergo tibi præterea ſine quo uita: ne dicam fœlix: ſed ne
ſ uita quidem eſt: malarum rerum naturale odium & bonarum amor: uirtutum cultus: bonæ famæ pulchra cupiditas: honeſti ſtudium: contemptus ſupuacui. Qđ ſi unũ e ſolitariæ uitæ fundamentis dixero: uerum dixiſſe me dicam. Adeſt corpus laboribus obeundis idoneũ: nondũ fragile iam maturũ. Adeſt ætas adhuc uirens: ſed iam adoleſcentiæ malis explicita: quæ optima uitæ pars: nec expers actuum: nec conſilij inops eſt: & ad magnas res audendas aggrediẽdaſq; ſufficiẽs. Adeſt denicq; patria: ubi ciuis ac præſul hinc amoris in populo: hinc reuerẽtiæ arcẽ tenes. Illud tibi natura præſtat: hoc dignitas: utrũq; uirtus ac meritum. Eam quoq; ſortitus es patriam: quã licet epiſcopatus tuus: ciuitatis appellatione nobilitet: ea tamen præter uetuſtatẽ & nomen de ciuitate nihil habet: non luxũ: non frequentiã: non tumultum: ſingula ad eam uitam de qua loquor aptiſſima. Cui⁹ ego
B ſi rite computo: annis circiter qnquaginta ante domini aduẽtum Iulio Cæſare Britãniam oppugnante in Autẽticis ſcriptis: inter antiquas iam tunc urbes memoriã inuenio. Aſpectus loci talis eſt: ut nõ inelegant̃ idem ipſe Socrates noſter: quotiẽs illic ad te uiſendũ conuenimus dicere ſoleat: En ciuitas illa parua quidem ſed honeſta: quã Abagar⁹ rex Ieſu ſaluatori obtuliſſe legitur in Eccleſiaſticis hiſtorijs. Illius i medio tibi ſolitudinẽ facere ſi uelis potes: non eges ad hanc rem peregrinatiõe longinqua: ad quã multi eorũ confugerũt ꝙs ſupra cõmemoraui: ea locorum cõditio eſt: ut in patria tua inq; tuorum gremio ſolitarius eſſe poſſis: haud ſpernenda quidem oportunitas: domi habes qđ multi tranſmaria quæſiere. Sinaũt tibi nidus tuus ſordet: aut quid forte liberi⁹ petis: euolare licet in ꝓpinquũ ramum: & ſupra uicinũ fontem amœniſſima & quietiſſima ſtatiõe conſiſtere. Adeſt tibi tuus Gorgia rex fontium: ad cuius tibi murmur hæc ſcribo. Adeſt liberrimũ gratiſſimũq; perfugium clauſæ uallis. Sic enim uocant incolæ: ſic uocari uoluit natura: quãdo illam circumductis collibus abdidit extra omne iter: omnemq; concurſum: uidericq; niſi ab incolis non permiſit. Hic tu quoq; qđ rarũ & liber & domínus & præſul & ſolitarius eſſe potes. Poteris ne tuum locum ſpernere qui aduenis & reuerẽtiã inijcit & ſtuporem? Si quis ſpecus inq; Seneca ſaxis penit⁹ exeſis montẽ ſuſpẽderit: nõ manu factis ſed naturalib⁹ cauſis in tãtã laxitatem excauatus: animũ tuum quadam religionis ſuſpitiõe ꝓcutiet. Si hoc uerum eſt:
C

ubi quæso religioſior uſquã ſpec⁹? Et ſi qđ ſequit̃ eſt uerũ: Magnorũ enim inquit fluminũ capita ueneramur: ubi maior ueneratio? Flumina quidem maiora longæ uiæ ſpacio & congeſtu aquarum multarum nouimus: fontem nullum. Rurſus ſi tertium eſt uerum: Subita inquit ex abdito uaſti amnis eruptio aras habet: ubi oro dignius aræ fuerint? Quas ego iam pridem chriſtum teſtor: ſi qua uoto facultas affulſerit: illic in hortulo meo qui fontib⁹ īminet ac rupib⁹ ſubiacet: erigere meditor: nõ nymphis: ut Seneca ſentiebat: neq; ullis fontiũ fluminũq; numinib⁹: ſed Mariæ cui⁹ ptus ineffabilis & fœcunda uirginitas: omẽſ deoꝝ aras ac tẽpla ſubuertit. Aderit ipſa fortaſſiſ: ut qđ diu iã & niſi fallor pie cupio: aliquãdo p/ficiã. Nunc cœptum ſequor: Poteris ne igitur tuũ locũ ſpernere quẽ alienigenæ uenerant? Locum libertati & quieti & ocio & ſcientiæ & uirtuti: ac ne in ſingulis īmorer: ad ſummam omnibus quibus ſtudes amiciſſimũ locum: ut cætera ſileam: tãto olim & tibi tam culto habitatore dignatum. Scis q; Veranus tuus: chriſti confeſſor eximius: qui ſedem tuam nunc ſolito duriorem: neſcio quotus ante te tenuit: quærẽs locum pacis: hic demũ ſubſtitit pulſoq; hinc dracone terribili: ſanctã ac ſolitariam uitam his duxit ī locis. Cuius nomẽ int̃ famoſæ ſolitudinis amicos: non præteritũ ſed dilatum eſt: ut ī extremo poſitum tenacius hæreret memoriæ: non tam tuæ: unde illud auelli cõmemoratio quotidiana non ſinit: & præſens ſemper uana ſub oculis fidei tuæ teſtis in quam precioſis ſancti uiri reliquijs exequendam: omne tũ ſtudium: omnes opes ut dici ſolet uentre fraudato: omne deniq; qđ tibi uſq; erat argentum atq; aurum uirum optime contuliſti q; cæteroꝝ qui fortaſſis hæc legent. Hic equidem habitauit ille dum uixit: priuſq; ad ſtatum curæ pontificalis inuitum ſpectata uirtus attolleret: hic uelut in terra hoſtili: ſed a ſe ꝑdomita ac pacata & cultui hominũ acquiſita chriſto cui⁹ auſpicijs ſignoq; uicerat: Trophæum erexit titulo uirginis genitricis inſigne templum exiguum: ſed decorum & ualidũ. Hunc ipſe montẽ peruiũ fecit: & hãc montanã præduramq; ſilicẽ perforauit ſuis: ut aiũt: manib⁹: opus feruoris atq; ocij ingentis: hic in ripa cellam habuit: chriſto diues atq; hortulo content⁹ & flumine. Poſtremo procul hinc moriẽs: huc referri: atq; hic ſepeliri uoluit: ut noſti: tam claro ſtupendoq; miraculo ut qđ olim ī tranſitu maris rubri uiuẽtis Moyſeos uirga potuerat: hoc ſi qua fides in tranſitu fluminũ ueram pallium poſſet extincti. Hæc hactẽn⁹: Nam de reliquis ruriſ tui laudib⁹ multa dici poſſunt: ſed & multa ſæpe diximus: & hodierno colloquio dandus eſt finis.

Q; qui deo ſeruire uelit: ſiue artibus bonis ingenium excolere: ſiue aliquid aliud boni facere: fugiat nedũ opem ferre alijs uideatur ipſe obruatur: Et quod in alio reprehendat ipſe ne committat. Ca. III.

I ue itaq; deo ſeruire uolumus: quæ una libertas ẽ atq; una fœlicitas: ſiue artib⁹ bonis ingenium excolere: qui proximus egregius labor eſt: ſiue aliquid meditando & ſcribendo noſtri memoriã poſteris relinquere: atq; ita dierũ fugã ſiſtere & hoc breuiſſimũ qdẽ uitæ tẽp⁹ extendere: ſiue ſimul hæc omnia præſtare propoſitũ eſt nobis: fugiamus oro iam tandem & id q; tulumcunq; quod ſupereſt in ſolitudine trãſigam⁹: omni ſtudio cauẽteſ nedũ opem ferre naufragiſ uidemur: ipſi reꝝ humanaꝝ fluctib⁹ obruamur: reꝝ humanaꝝ ſcopulis allidamur. Deniq; qđ ꝓbam⁹ id agam⁹: ne q morb⁹ ẽ publicus: qđ q; in alijs ſæpe reprehẽdim⁹: cõmittam⁹: & iudicia ſermoneſq; noſtri ab actionib⁹ diſcrepent.

Q; non debeamus amplas opes expetere: non enim adiuuant ſed impediunt. Ca. IIII.

N Emo uero nos fallat: nemo nobis ꝑſuadeat in hoc amplas opes expetendas: Nõ adiuuant ſed impediunt: premuntq; : non ſubleuant. Ad hanc uitam aſcenſus eſt: Nemo in altum aſcenſurus ſuperuacuis ſponte ponderib⁹ aut laqueis implicatur. Nihil auro grauius nihilq; tenacius: id niſi quoad neceſſitati ſubuenit: nec optandũ nec amandum quidem. Vbi enim auariciæ obſequitur: nihil eſt qđ ferentem magis incuruet ac deijciat & in terrã cogat. Neq; id mirꝝ: ſi a terra ortũ ad eandẽ ſuo pondere fertur. Non conuenit animã cœleſtis origenis terreſtrium cauernularum ſarcinis obrui: fœcibus inquinari. Prefert quidem ſplendorem & lenitatem ſenſibus illudentem: animo aut affert tenebras & ſpinas & tribulos curarum triſtium ac pungentium: & quo purgatius uidetur: eo abditis malis infecti⁹ ẽ. Nũq; ſolæ ueniũt diuitiæ: mꝝta & uaria mala ſecũ uehũt & inũeros labores cauſaſq; diſcriminũ. Si mihi nõ ſatis eſt fidei: quære ab his q; fœlices uocant: & adiura ut ueri nihil

occultēt: īuenies eorū uitā ſupplicijs plenā ſuis: ut quā mirabaris exhorreas aut cōtēnas: & intelligas huic uitæ ad quam te hortor: magnas diuitias nil prodeſſe: ſæpe autem obeſſe ꝙplurimū: ut nedum non tanto ſtudio conquirēdæ ſint: ſed abijciēdæ potius ſi ultro adeſſent: donec ad eum quem natura & uirtus ſtatuūt modū: more nautarū graui tempeſtate laborantiū: iactu damnoꝙ rerum ſalua puppæ: ꝓuentū eſſet. Mira res nūc animū ſubit: ut te pater meꝙ tecum rogem & obteſter: ut unius pueri conſiliū uni datum ſeni duobus eſſe
C utile patiamur. Is puer Alcibiades fuit poſtea uir & forma notuſ & ingenio alternātiſꝙ fortunæ clariſſimum exemplum: Huic auūculus Pericles fuit: uir & ipſe raris annumerandus: Imprimis eloquio potēs: & cui ad magnū imperiū fuerat lingua ꝓ gladio: Ad hūc ergo cū puer Alcibiades ex more ueniens: ſenem ſolito triſtiorem offendiſſet: motus ꝙ non ſolitis forte blanditijs exceptus eſſet: ꝓconatus fertur quæ cauſa triſticiæ ſeu quid incidiſſet noui: & cū ſenex puerili reor ingenio delectat⁹: ueram rei cauſam nō celaſſet: dixiſſetꝙ ſe īmēſam pecuniā expendiſſe in uſus reipublicæ: cuius impenſæ rationem qualiē redderet non poſſet apud ſe cogitādo repire: Tum puer ſupra ætatem: Tu uero inquit cogita potius qualiē non reddas. Callidum nempe conſilium: uel ſi a ſene datum eſſet magnūꝙ & euidens plenum præſagiū ætatis. Quo frætus auūculus: cōcitato externo bello ciuilem difficultatē reddendæ rationis euaſit. Sed ad conſiliū reuertor: in quo laudare ſoleo: non facti iniuſticiā: ſed acumen ingenij & celeritatē: hoc eſt illud pueri ſenile conſiliū: qđ in uſos nr̄os uertere mo-
D neo: ſed in alios terminos ante uerſum. Ecce enī uenient qui uiam nobis ad magnas diuitias oſtendant: qđ nihil ē aliud ꝙ auariciā docere: Peſtilens ſane ſchola & operoſa admodum difficiliſꝙ doctrina multo uigiliaꝝ ac laboꝝ impendio diſcēda: & uel effectu caritura uel nocitura ſucceſſib⁹. In his cogitationib⁹ occupato animo dicamus: Cogita potius qualiter iſta nō cupias: Ea enim utilior & certe facilior ars eſt: ad quā ſi adhuc lentus & indocilis eſt anim⁹ additis urgēdus ē ſtimulis: Oſtendam⁹ ei præter mala diuitiarū de qb⁹ & a nobis modo aliqd: & multa q̄tidie dicūt̄ a multis: eſſe artē hāc in manib⁹ noſtris: illam alteram ī arbitrio fortunæ. Spernere opes poteſt quiſꝙ: conſequi non ita: ſcitūꝙ eſt illud amici: Quare inquit potius a fortuna impetrem ut det ꝙ a me ne petam? Itaꝙ rem difficilem & euentus ambigui: puto præſtat intentatam linquere: quæ & ſi certe utilis foret: eſſet tamen intempeſtiua & ſera. Ecce enim ſudabimus: anhelabim⁹: torquebimur ne deſint uitæ breuis ac fragilis alimenta: quæ ut dixi: iam pridem cumulate & uſꝙ ad inuidiam ac delitias aſſunt: Verum eſto: deſit aliquid: Quis eſt enim regum cui nō aliqd deſit? Hic magno niſu aſſurgendū dicet aliquis: ut omnem prorſus indigentiam futuri dijs ſimiles: propellamus: quæ nec penitus pelli poteſt: & ad tempus pulſa redit acrior.

Q3 anxia uita atꝙ in craſtinum prominens non eſt uita: ſed uitæ meditatio: Et ꝙ auaricia ſit uincenda: & iter ad ueras diuitias condiſcenda: Ca. V.

A c Icero quidē ad Germanum ſcribens: Qđ me inqt ſicut ſæpe antea cohortaris ad ambitionem & laborem: faciam equidem ſed quando uiuemus. O breuis quæſtio ſed efficax: Hinc uero qſqs erit hortatori noſtro apte ne ſatis & graui⁹ reſpōderi poteſt: Placet amice qđ ſuggeris ſi modo poſſibile ē: ſed quando uiuere incipiem⁹. Oro te q̄s ſcilicet nō modo uiuere ſed uixiſſe iam deceat? Nam hæc ſemper anxia atꝙ in craſtinū prominens: non eſt uita: ſed uitæ meditatio nunꝙ forte uenturæ: & quod conſtat ambiguæ. Inter multa quidem hoc a plebæio poeta non ignorabiliē dictū tenes: Crede mihi nō eſt ſapiētis dicere: Viuā: Sera nimis uita ē craſtina: uiue hodie. Eſt uero cōſiliū illud Alcibiadis late patenſ & ad multa uerſabile: Vltio ſtimulat: gula ſollicitat: ſuſpendit ambitio: incendit amor difficillima exequēdo cōtemnēdoꝙ facillima. Hæc animū doceam⁹: ut anceps & periculoſa ad nocendum uia: itaꝙ ſæpe dum ulciſci uolens iniuriam aceruabis: ut uilis gulæ ſeruitus & ſolliciti apparatus turpiſſim⁹ exitus: ut uentoſa ſemper ambitio ſupplicandū populo: quo nihil eſt durius: ut improbus ſupbuſꝙ amor ſeruiendū mulierculis: quo nihil indignius uiro forti: ridendū inaniter lugendūꝙ: & ſæpe nō min⁹ lætis ꝙ mœſtis euētib⁹: tanta uanitas rei eſt: horum omniū una eſt regula. Siquidem his implendis cogitatio im-
B peditur: nunꝙ deerunt mœſticiæ mortales & maloꝝ cauſæ: ut euadas hinc & ut lætus ac liber ſis: contemptus ipſe præſtabit. Hoc potius cogitandum eſt igitur qualiter difficultates has effugias: ꝙ qualiter explices: Vide in ꝙuirilem ſententiam: puerile dictum trahi poteſt. Sed omiſſis alijs: quod nunc unum agitur auariciam hoc artificio uincamus: neceſſarias nobis ad hoc ocium magnas opes oſtentantem: & ſpernendo mortalia frenan-

doꝫ cupidines: & naturæ modeſtiam æſtimando: compẽdiarium iter ad ueras diuitias cõ/
diſcamus. Re enim uera cum omnibus ad uirtutem nitẽtibus: tum uel maxime propoſito
noſtro inimica cupiditas eſt: Nam nec finem habet ullum: & cumulando ſuperuacua: im/
pedimentum quærit huic uitæ: cui præſidium pollicetur: quã non onuſtam ſed expeditam
atq; agilem eſſe oportet. Nempe cum conſtat multis qui oĩa poſſe uidebanť: ne hoc unum
poſſent: opum potentiæq; magnitudinẽ obſtitiſſe. Tibi nil obſtat niſi qđ mĩme ſuſpicor: ip
ſe tibi obſtes: potes equidem: potes modo non ſingulos nodos ſoluere: q; ſimul omnes am
putare malueris: Aduerſus hydrã res eſt nobis: nullus erit finis niſi repullulãtia capita in/
genio præcidam⁹ Herculeo. Ego ſolus eſſe non tantũ poſſum: ſed iam cœpi facile pſeueratu
rus: ſi tant⁹ mihi uiæ ſolitariæ dux & comes acceſſerit. Non modo enim meæ quietis adiu
tor: ſed ut qđ in animo eſt quõlibet enũciem: Ipſe quies mea: nec tantũ ſolitudinis ſolamẽ:
ſed ipſe quodãmodo ſolitudo mea eris: tunc uere plærũq; ſolitarius uidebor dum tecum
ero. Præceſſi ego te: temptauiq; uadum: ſequere ſaltẽ: qui præcedere debuiſti. En quaſi du
bio torrẽte trãſmiſſo ripa clamãs ad aduerſa ut intrepide tranſeas edico: Nihil oĩno pericu
li ẽ: & ubi primo pedes tenui ſtrupea oĩa atq; ſuſpecta: hic amœna oĩa & ſecura denũcio. Si
dubitas: ſi cũctaris ipſe retrãſeo & ueſtigia retro obſeruata ſequor: ut Virgili⁹ ait: ut ſcilicet
manu prehenſum ad hæc te loca pducam: quibus cũ aſſueueris: regũ thalamos põtificũq;
aulas carceres & moleſtos laqueos ducas.

De Remedijs contra pigrum progreſſum ad ſolitudinem Ca. VI.

q Vod ſi forte omnia quæ animos tenẽt abdicare nõdũ poſſum⁹. Id enĩ unũ ẽ ex eo/ A
rum genere quæ prius incipiũt hoĩes docere q; diſcere: at ſaltem amicam nobis ſoli/
tudinem faciam⁹ qđ nullo uetante pmittimus: inq; illam cum omnib⁹ fortunarũ
noſtrarũ ſarcinulis cõmigrem⁹: quib⁹ cũ fortiter carere poſſe cœperim⁹: tamẽ demũ plena
libertas erit & ſecurũ gaudiũ. Interea ut res ſunt: nuſq; certe quieti⁹ uicturi ſum⁹: Neq; enĩ
uel quia diffidã tam obnixe ago uel tanto uerbor̃ niſu quicq; tibi durum aut graue ſua/
deo: cum & altitudinẽ animi tui norim: & ſiue hui⁹ ſiue artioris uiæ clariſſimi tibiq; notiſſi
mi duces ſint. Nam & Martin⁹ cui multum fidis: & cui qđ pegrinationes ſermõeſq; tui in/
dicãt: inter chriſti amicos amiciſſimũ te notaui: hũc uitæ modũ: ut ex ſupiorib⁹ liquet im/
pleuit: ſimul & ſolitarij requiẽ amplex⁹: & epiſcopi dignitatẽ retinẽs: ut iure ſuo Gennadi/ B
us & monachũ & epiſcopũ illum uocet. Nempe qui prius ante baptiſmũ: qđ difficilius eſt
impleſſet in adoleſcẽtia: inq; ipſa militia utraq; religioſis aduerſa cõſilijs ſic uiuens: ut iam
tunc ſicut in uita ei⁹ ſcriptum eſt: non miles ſed monachus putareť. Et alter Menas: cui na/
talis idem qui Martino eſt: terrenã cœleſti militia: non in urbe ſed in heremo pmutauit. Et
huc quoq; de induſtria dilat⁹ Gregorius naçiançen⁹: ut Hieronym⁹ teſtať: Immo ſe epiſco/
pum in loco ſuo ordinans ruri uitam monachi exercuit: Cuius uitæ q;t⁹ illi ſemp amor fue
rit: hinc elicis: q; iam ante ſubrecentẽ ex Atheniẽſi auditorio digreſſũ: Baſiliũ Cæſariẽſem
famoſum compatriotã & collegam: atq; ut famã ſecut⁹: Auguſtin⁹ ait: etiã carne germanũ
u ũ e cathedra magiſterij detractũ: ubi ille rhetoricã florẽtiſſime docebat: iniecta manu ad
ſolitudinẽ & ad meliora ſtudia inſigni quadã amoris fiducia & auctoritate deduxerat.

De repulſione argumẽtorũ illorũ qui uitæ ſolitariæ aduerſantur: Ca. VII.

a Vdio autem e trãſuerſo qd aduerſus hæc rurſum obſtrepi ſoleat. Nã primo de ſcri/ A
pturis ſacris nobis facere nitunť inuidiam. Væ ſoli quia cũ ceciderit non habet ſub
leuantem ſe. Et melius eſt duos ſimul eſſe q; unũ: habent enĩ emolimentũ ſocietatis
ſnæ: Et quæ ſunt id genus plurima. Qđ oĩno nõ dicerẽt ſi quid ego ſentiã & qd loquar at/
tenderent. Deinde Ariſtotelicũ illud obĵciũt: ubi ait: uel q; naturaliť ſociale animal ẽ ho/
mo: uel q; qui alijs non cõmunicat: aut beſtia eſt aut deus: quaſi ego uel odium indicã uel
ſocietatẽ omniũ hominũ interdicam: uel anceps ſit electio quid eſſe malim: an beſtia an de/
us: hoc ẽ beſtialis homo an diuin⁹ uir. Ciceronianũ præterea illud nobis ĩmurmurãt: ubi
non a neceſſitate qđ quibuſdam uiſum eſſet: ſed a natura profectam hominũ ſocietatẽ: nõ
ſemel deſeruiſſe contentus: rei huius argumentũ attulit optimũ: quemq; licet omnib⁹ co/
pijs ſuffultum & omnis neceſſitatis expertem: tamen & ſolitudinem fugiturũ & ſocium ſtu
dij queſiturum. Quibus ſatis ut arbitror libro ſuperiore reſpõſum eſt: Nam nec ego niſi in
hoc mihi plene cum Tullio cõueniret: ſolitudinis ac ſtudij ſocium: ĩmo uel ſocios & quærẽ/ B
dos dicerẽ & colẽdos. Et hæc igiť & quæ ad obuiãdũ nobis ſiťia trahi ſolẽt teneo: & deſerta
ſolitudine Aphratẽ cui⁹ ſupra meminim⁹: & Iulianũ illũ famoſiſſimũ heremitã Antiochiã:

& famosiorē Antoniū Alexandriam urbesq; alias petijsse non sum nescius: uerum id non motu ꝓprio seu leui qualibet ex causa: sed ꝓ graui necessitate summoq; fidei discrimīe gestum noui. Sic enim scriptum est: Sciebant illi sacratissimi uiri quid tempori unicuiq; congrueret: & quādo esset op⁹ frui quiete: & qñ necessariū solitudini præponere ciuitates. Iam id properidiculū qđ præmissis accumulant: quodq; præsenti mihi sæpius obiectum scio.

C Quid enim fiet inquiūt: si passim omnibus ꝑsuadere potueris qđ intendis? aut quis tandem in urbibus residebit? Vide ergo ne contra rempublicā loquaris. Quibus plane res ipsa respōdeat: Si quidem omnes inde migrauerint: certam esse mutandæ sententiæ rationē solitudines deserendas: quæ iam solitudines non erūt: eoq; protinus redeundū: unde omnis tædij pater inquies popellus abscesserit. Sed bñ habet: non hi sūt hominū mores: neq; tam patulas uulgus aut tam faciles honestis consilijs aures præbet: paucis utinam ꝑsuaserim. Nec uero par est omnib⁹ unam uitam & præsertim solitariā suadere: nec ego loquor omnibus: sed tibi: sed mihi: & his paucis quib⁹ hæc rara conueniūt. Nobis certe si nō uulgi uoces: sed naturam nostram sequimur: nihil est aptius.

De hortatione ad solitudinē: Et q̄ urbes relinquendi sint occupatis in sæculo: Ca. VIII.

A Inquamus urbem non redeūdi animo: ne posita ad aratrū manu respiciam⁹ retro:
1 sed precemur potius: ne unq̄ ad ingratū deq; omnibus bonis male meritum populū reuertamur. Qđ fecisse Lentulus tradit: is q sub obtētu ꝓfectiōis honestæ: æternū exiliū elegit: quē ut imitari uellem⁹: & si non quietis amor ac saltē turbæ odiū ꝑsuasisse debuerat. Quāq; nō defit exēplū minus notū sed deuotū magis Chronij phœnicis monachi: q solitudinē ingressus orauit ne unq; inde discederet: mꝝtaq; ꝑseuerātia sibi præstitit ne irritæ preces essent. Extirpādæ sollicitudinū causæ sunt: frangēdiq; q nos tenent unci: rumpenduscq; pons a tergo ne qua fugæ uel reditus spes supsit. Dicam enim tibi: nō qđ Palladius exemplor; taliū historicus dixisse sibi Ioannem scribit Aegyptiū heremitam illū cui⁹ supra mentio est habita: Episcopus enim inqt es futur⁹: plurimūq; tribulationū habitur⁹ es ac labor; Si igit̄ ista uis fugere: noli relinquere solitudines nostras: Nullus enī te in desertis degentem locis episcopū faciet. Hæc Palladio: Ioānes. Ego autem tibi de episcopatu nihil: Iam enī es qui ille cauendū præmonebat: nec iam tibi possibile est Episcopū nō fuisse: ad quem statū ante annos matura te uirtus erexit. Sed quid huic proximū est dicā: Episcopatus enī tuus talis est: ī quo & honore summis: in libertate mediocrib⁹ atq; infimis par sis. Qđ si maioris episcopij pondus times: solitudines nostras ama: Et si labor; īmortaliū nexibus uis absolui: hanc requiē quære: Vt enī a militiæ labore rediens: ait Romanus ille Centurio: hic optime manebim⁹: qđ si fortuitu prolatū: ad omnē tanti impij tractum est:
B ex ꝓposito dictū nō spernat̄. Surge: ueni: ꝓpera: linquam⁹ urbem mercatorib⁹: aduocatis: prosenetis: fœneratorib⁹: publicanis: tabelliōib⁹: medicis: unguētarijs: lanionib⁹: cocis: pistorib⁹ atq; fartorib⁹: alchimistis: fullonib⁹: fabris: textorib⁹: architectis: statuarijs: pictoribus: mimis: saltatorib⁹: citharedis: circulatorib⁹: lenonib⁹: furib⁹ maleficis: adulteris: parasitis: hospitib⁹: circūscriptorib⁹ ac scurris: edacib⁹ odorem fori uigili nare captantib⁹: quib⁹ ea fœlicitas una est: illi inhiant: Nullus autem nidor in montib⁹ & solitis ac placitis caruisse suppliciū. Sine illos: nō sunt nostri generis: Permitte diuitib⁹ nūmos suos numerare: & ī hoc Arithmeticæ præsidio uti: nos diuitias nr̄as sine studio: sine arte numerabim⁹. Nihil est qđ illis īuideam⁹: nisi nūc etiam: qđ abst: pueri sim⁹: quos picta adūbrata suspēdant. Demi phaleras equis uenalib⁹ uet⁹ est cautela. Nemo sanus puellā deformē q̄ bene uesti ta esset ī cōiugiū optauit: Nos si phaleras: īmo laruas his purpuratis fœlicib⁹ detraham⁹: clare uidebim⁹ esse miserrimos: Suas sibi diuitias habeāt: suos mores: suas uoluptates. Nē pe q̄s æternas uellent diuitiæ abibūt: & q̄s manu retrahūt uoluptates fugient: At quib⁹ caruisse cupiēt mores stabūt & comitabūt̄ īuitos. Cūcta hæc quæ illos uulgo mirabiles ostēdūt: momēto tpis euanescēt. Sub impio fortunæ uiuūt: si illa pepcerit: mors nō parcet. Qui precios̄issima rer; habent: si tñ dicēdi sunt habere quib⁹ seruiunt: ipsi mox a uilissimis habebunt̄. Et a qb⁹ inquies habebit diuitias ingratus hæres & forsan hostis inuisus? Corpa uermes & upupæ: Tartar⁹ animas: Nomen: obliuio sempiterna. Contra q̄uis pauper hic fuerit: In memoria æterna erit iustus. Non nos igitur ad æmulationē prouocet falsa prosperitas uera miseria: sequestrēt̄ a nobis molles & eneruati diuites. Illis Thermæ: fornices: atria:
C popinæ: nobis syluæ: mōtes: prata: fōtes placeāt. Illi carnis desideria & luc; undecūq; ueni-

ens:nos ſtudia liberalia & honeſta ſectemur:& ſi quid mœchanicum miſcere iuuat:ſit agri/
cultura uenatioq3:Cui q3uis ineſſe clamoſum aliquid & noſtro propoſito diſſonū uideat:
de uenatiõe uetuſq3 ſit uerbū:In uenando multã uerborum eſſe iacturam:uenationē tamē
& meditationi & ſtudijs oportunam: magnis quibuſdam ingenijs uiſam ſcio: propter ſo/
litudinem ſcilicet & nemorum latebras ſilentiumq3 retia ipſa ſeruantium. Quod tum ma/
xime uerum fiet:dum præter numerū: hoc eſt non uenator ſed ſpectator in ſyluam eas abi/
urus ex commodo ſine ullo uenantium commeatu: ea forte uel clericis præcipue inter ſyl/
uas agentibus permiſſa licentia eſt: nec huius generis interdicta uenatio: rara quidem &
modeſta & exercitio corporis indulta non luxui: quæq3 illi cognatæ ſunt piſcatio aucupi/
umq3:hæ ſunt ruris artes. Deniq3 illi ſemper pendeant ac uoluantur: nos ad petram preſſis
ueſtigijs inſiſtam⁹. Illi ſemper hæreant:nos aliqñ progrediamur. Illi ſemper dubij cõſultēt:
nos iam tandem ſalutare conſiliū exequamur. Poſtremo illi mũdum fugientē amplexent
teneantq3 ſi poſſint:nos dñm & quæramus dum inueniri poteſt: & inuocem⁹ dum prope
eſt:quin & dum corpora noſtra pegrinant ab urbibus: pegrinent a corpibus animi: præ/
mittamus illos ad cœlum cum temp⁹ aduenerit(qđ philoſophi nõ ſperarũt:)& corporib⁹
ſecuturi.

De præclara ſolitudinis commẽdatione: Ca. IX.

A

N quo impet⁹ calamũ tulit:q3 multa dixim⁹ de re parua:ut uulg⁹ exiſtimat: ut ego
e ſentio ꝓmaxima & mihi eqdem tam iucũda: ut cum ī hoc corporeo carcere diu uin/
ctum me fuiſſe meminerim:uixiſſe non ampli⁹ mihi uidear niſi q3diu ſolus & ocio/
ſus uixi. Quãq3 o ſi uſurpare audeã præclarũ illud ſingularis & egregij ducis dictũ: nec im/
portunæ detur inſolentiæ gloriandi par in tanta imparitate licẽtia:Ego quoq3 non modo
nunq3 minus ocioſus q3 cum ocioſus:minus ue ſolus q3 cum ſolus: ſed ſemper ocioſus niſi
dum ocioſus:ſemper ſolus niſi dum ſolus fui. Et ſi non ſim dubius:qđ ſæpe iam dixi: ma/
gno ſtrepitu populũ his omnib⁹ occurſurꝰ: Sed ueritas intrepida & inuicta eſt: Nec uanos
horret ſtrepit⁹:ut deſcriptor generoſi cornipedis Maro ait: Illi ardua ceruix argutũq3 ca/
put: Cuius qdem non aſſertor adhuc magis audax q3 ſollicit⁹ inquiſitor ſim. Ad quã licet
enī ſtudio ſemper aſpirem: uereor tamē neqñ mihi uel illius latebræ uel meæ curæ uel tar/
ditas quædam obſtet ingenij:ut ſæpe res quærens opinionib⁹ implicer. Hæc ergo nõ diffi/ B
nitor ſed ſcrutator ueſtigatorq3 tractauerim: Nam & diffinire ſapiẽtis eſt proprium:& ego
nec ſapiens nec ꝓximus ſapienti:ſed ut Ciceronis uerbo utar: magn⁹ ſum opinator. Con/
tra autem paucos quibus loquor:affuturos ſcio præter numerꝰ ſupiores rebus oĩbus atq3
uictores:Ego iam hinc iudicij tui arram teneo:ſatis eſt quid alij iudicẽt: ꝓ ſe quiſq3 uiderit
dũ uagas fluctuãteſq3 ſentẽtias nulla neceſſitas ad uerum cogit. Certe cum uenerit ineuita/
bilis dies:& urgere animã hinc cœperit ineluctabilis mortis hora:quãdo non in porticib⁹
aut compitis populi digito monſtratũ eſſe: nõ regem aut pontificẽ fuiſſe:non pecunia:non
gratia:nõ delitijs affluxiſſe:ſed caſte:ſed pie:ſed innocent uixiſſe ꝓfuerit: Tũc ut ſpero fate/
bitur qui nũc negat trãquillũ hoc ſaltem fuiſſe conſiliũ. Itaq3 tantus ardor:tantus materiæ C
amor eſt:ut cũ multa dixerim plura ſe offerãt:ſed ſtudio conſulendũ eſt. Putabã enī epiſto/
lã ſcribere:libꝰ ſcripſi: quẽ diuiſur⁹ nõ fuerã:quo ſcilicet ſolitariæ uitæ ſolitari⁹ liber eſſet:
niſi quia ī mẽtẽ redijt eam me ſolitudinẽ laudaſſe:nõ quæ unũ etiam:ſed quæ turbas fugit:
Simul illa me cogitatio ꝓpoſito emouit:ut onuſtũ feſſumq3 uiæ medio lectorẽ partitio re/
leuaret: Vnũ igit ī duos ſecui. Dulce aũt mihi fuit præter morẽ ueterum:quos in multis ſe/
qui ſoleo his q̃libuſcũq3 litterulis meis ſæpe ſacrum & glorioſum chriſti nomẽ inſerere:qđ
ſi feciſſent priſci illi noſtrorꝰ ingeniorꝰ duces:& eloqo hũano uim ſcintillaꝰ cœleſtiũ miſcu/
iſſent: Delectant fateor:ſed multo ampli⁹ delectarẽt:Nũc mulcet eloquentiæ prima frons
clara uerborꝰ luce:ſed ſentẽtiaꝰ ueris orba luminibus:cũ diu aures delinierit neq3 quietat
animũ nec ꝓducit ad illã ſupremã ſtabilẽq3 dulcedinẽ ac pacẽ intellect⁹: Ad quã qđ inſẽſa/
ti & ſupbi hoĩes contẽnũt:niſi ꝓ ipſam chriſti humilitatẽ nõ eſt adit⁹. Hæc tibi autẽ ſic affe/
cto animo dictaui:ut oĩs impulſarũ uento frondiũ fragor:& oĩs circa naſcentiũ ſonit⁹ aq̃ꝰ
hoc unũ dicere uiderent:Bene ſuades:Recte conſulis: Verum dicis.

Franciſci Petrarchæ Poetæ Laureati: de Vita ſolitaria: Secũdus Liber Explicit.

Tertuliam . Apologeticus . Aduersus

. Gentes . /

TABVLA.

De Ignorantia caput primũ. ii. &. iii.
De legibus caput quartum.
Contra idola caput quintum & sextũ.
Nõ esse credendũ famæ caput. vii. &. viii.
De non colendo idolo caput nonum.
De Saturno & Ioue caput decimum.
De simulacris caput undecimum.
De Laribus caput duodecimum.
De sacrificando caput. xiii.
De fabulis & nimiis deorum fedita tibus caput. xiiii.
De capite asinino & cæteris insignibus: quorũ cultu a christianis obiiciebatur ca. xv.
De deo quem christiani colunt caput. xvi.
De prophetis caput. xvii.
De scripturis dominicis caput. xviii.
de Moyse propheta caput. xix.
de statu temporum caput. xx.
de christo & quid christiani differant ab hebreis caput. xxi.
de christo & deo omnipotente caput. xxii.
de fãtasmatibus magice & demõiis ca. xxiii.
de religione romanorum caput. xxiiii.
de regno deorum caput. xxv.
de regno dei caput. xxvi.
de spiritu demoniaco caput. xxvii.
de regno imperatoris caput. xxviii.
An possint prodesse idola caput. xxix.
de potestate imperatorũ caput. xxx.
de oratione pro inimicis caput. xxxi.
Itẽ p impio & potestate romanoꝝ ca. xxxii.
de imperatore caput. xxxiii.
de Augusto imperatore caput. xxxiiii.
de solennibus cæsarum caput. xxxv.
de ęqualitate omniũ psonaꝝ caput. xxxvi.
Ne malum contra malum caput. xxxvii.
de cœtu caput. xxxviii.
de disciplina christianoꝝ caput. xxxix.
de aduersis urbibus caput. xxxx.
Quod deus spernitur & statuę adoran tur caput. xxxxi.
Contra eos qui infructuosos dicebant christianos caput. xxxxii.
de lenocinio caput. xxxxiii.
de exorcismate caput. xxxxiiii.
de custodiis hennicorum caput. xxxxv.
de innocentia christianoꝝ caput. xxxxvi.
Item sermo pulcherrimus de uita eterna. caput. xxxxvii.

FINIS.

